Partis his fundamentis, convenerunt Frs Hungariae de Regulari Observantia in Conventu de Ieno, & ibidem legali votizatione elegerunt primum Vicarium Regem Fabianum Kenyerus, qui alius de Baudia nuncupabatur. Hic Vicarij regit Vicariam per quatuor evolutiones, quia vò post electionem dicti Vicarij duo Vicarij fuerant n.p. unus in Hungaria, alter in Bosnia, ideo Summus Pontifex ad concordiam dissidentium animorum, iterum conjungit Vicariam Hungariae cum Bosnensi, eà in conditione, ut Vicarij Fr Fabianus Kenyerus ab Hungaris electus, maneret Vicarius per tota Vicaria. Bulla inquit:

Et si ex debito solitudinis, Reservat in Archivio. Idq p facti peccati DEI ordina-
tione videt factum, ut primus vicarius Pannonie, Kenyeres nuncupat, cum iuxta Historiam
Lb. Ehmio. Pannonia abundantia panis, nuncupetur.

Memorabilia sub I. Vicario Hungarie.

Per decursum Officij Vicariatus Tuo Fabiani Kenyeres, plurima notata digna acciderunt in
vicaria. Anno quidem, quia illius tempore, videlicet circa Anno 1474 ex antiqua Provincia Con-
ventualium potiores Custodie, una cum Conventibus aculsa sunt, & nostra Provia uniebantur
ut patebit ex Bullis Pontificijs per ordinem recensendis. Edo: durante ejus officio Eugenij
IV. plurimas gratias contulit p favore Observantie in Sg Bullis. Hi colans ante V. m
duabus, quas mox recensebimus. Tho deniq, quia D. V. S. ea tempore multa miracula op-
eratus est per Fr. Observantes.

DE REFORMATIONE Conventualium.

Quamquam Transdani prius de Comunitate ^{nuncupati} postea Conventuales diu in
ferrore Seraphico permanserunt, & ob id omnib Regnicolis grati extiterunt; quia tamen cir-
ca finem seculi Eri renisso fervore, secularia affectare, & possessionis gra Paupertatem
spontaneam. Secula acceptare ceperunt, facti sunt estosi secularibus, a obide Pontifici,
Rege, & Regnicolis ita volentib, partim ad Regularem Observantiam transire, partim Con-
ventus suos derelinquere, eosq Observantibus tradere coacti sunt. Unde Conventibus, &
integris Custodijs una cum Fratribus ad Regularem Observantiam reformatis, nuxum in modum
excrevit Provincia Sini Salvatoris Observantium ipso tempore, ceteris, ut plane pauci reman-
serunt Fr. Conventuales in sua antiqua Provia, quam defacto Marianam nuncupamus;
quoniam dum hi quos cum sua integra Provia anno 1517 reformatam Regularem Observantiam rece-
perunt, denique ^{non nisi quatuor} ~~in~~ Hungaria remanserunt Conventus Conventualium; ^{proin} omnes in
libra Provia D. E. famulantes Transdani fuerant de Regulari Observantia. ~~in~~ ~~transdani~~
~~seculo Sto ex Polonia partib ad Confina Hungaria quidam Minorie Conventibus ser-~~
~~pando subintulerunt.~~ Causa hujus turbulente Transdani Conventualium ^{reformationis} ~~causationis~~ pa-
tebit ex Bullis Pontificijs mox recensendis.

Bulla Eugenij IV.

I. Bulla: Et si ex debito solitudinis, in qua ex archis Nationib iterum reunit Vicariam
Hungarie cum Vicaria Bosnensi, ita tamen, ut Fr. Fabianum Kenyeres ab Hungaris
in Peno q Vicario electum, ipsi quoq p tota Vicaria legitimam Superiorem confirmarent.

II. Bulla: Inter cetera desiderabilia cordis. In qua p dictum Vicarium, & omnes epis suc-
cessores Inquisitores heretice pravitatis instituant, & Commissarij Sedis Apostolicae in par-
tibus Orientalibus.

III. Bulla. Omnipotens. In qua conceduntur Indulgentie 12 Anos, & totidem quadrage-
narum, in Parochijs Nosstrarum Ecclesiarum.

IV. Bulla. Præ auctis mentis nostrae desiderabilib. In qua ampliat officium Inquisitionis
contra hereticos, ceteris, ut Vicarius p dicto possit pcedere etiam contra Presbyteros, &
quoslibet Personas Ecclesiasticas, maxime, qui dixerint: copulam carnalem inter non conjuga-
tos non esse peccatum.

V. Bulla. Dum salubria &c. In qua conceduntur quatuor gratie. Ima: ut Vicarius
possit omnia Sacramenta, etiam Confirmationis, administrare concessis ad fidem. 2da: ut Of-
ficiarius de S. Stephano, Ladislao, & Emerico recitare possit. 3ta, ut Terharij utriusq, Sexu
possint domos construere, sicut fit in Italia. 4ta: ut Parochi sint excommunicati, qui unq
nolent administrare Eucharistiam ipsi, qui Confessi sunt Fr. nostris Sacerdotibus.

Bulla Papae Nicolai V.

I. Bulla: Ineffabilis summa Providentia Patris, data Anno 1447. Pontificatus Anno.
In qua Pontifex totaliter separat Vicariam Hungarie a Bosna, & ponit limites p
Bosnensib, ut ultra Fluvium Savi non se ingerant ad Hungariam; Hungaris autem
concedit facultatem sua Domicia ampliandi per totam Hungariam, Symbiam &c. usque ad

mare tartaricum. Insuper omnia Privilegia prius Vicariatus Bosnensi concessa, exten-
dit, & confirmat p Vicariatu Hungarie.

II. Bulla. Ex nuncto nobis sc. Anno 1451. In qua dum Pontifex est Instans Nicolai
Vajvodae Transylvaniae intelligeret, quod tres Conventuales scandalose vivant in Ujlaks,
dat mandatum Archi-Episcopo Strigoniensi quodendi circa excessum predictorum Fratrum
quos si reos deprehenderit, illic exinde ~~expulso~~, transferat in alium Conventum
Conventualium, atq ad Conventum ante memoratum reducat Franciscanos de Regulari Ob-
servantia, ita tamen, ut libros, Calices &c. Conventuales ibidem relinquant.

DE ALIIS SECRETIS.

Habentur etiam in Archivo Provinciae Decreta trium Ecclesia Prælatorum
de reformatione Conventualium. Anno Juliani Cardinalis, qui utpote delegatus Pontificis
accipit a Conventualibus Conventus: Dudensem, Pesthiensem, Segediensem, Foti seu
locum in Transylvania aliis Vasarhely, eiq omnes jure perennali tradidit Observantibus
possidendos. Et hoc factum confirmat Eugenius IV in Bulla: Sacra Religionis Anno
1447, que inserta est Decreto Matthei Corvini Regis Hungarie.

II Decretum dedit Joannes in oratione Divina tit. S. Angeli S. R. E. Cardinalis, &
Legatus Apostolicæ Sedis, quod incipit: Noverunt Universi, ubi predictus Cardinalis dis-
crete mandat Archi-Episcopo Strigoniensi Dionisio in Thermis S. R. E. Cardinali, ut
Conventus D. V. MALLA Strigoni, S. Ludovici in Oppido Lupa, S. Elisabethæ Viduæ Cla-
nalinæ, Debrecini S. Demetrii, & in Ratmar Kemeth accepit a Conventualibus, & tra-
dat Franciscanis de Regulari Observantia, eo quod Joannes Hungari Subornator Hun-
garie, Prælati item, & Baronis declaraverunt in sua instantia tres Conventuales scan-
dalose vivere, & apparatus Ecclesiasticos a Fundatoribus oblata partim dilapidare.
Hoc mandatum executioni datum est in Conventu Strigoniensi coram toto Capitulo, quo
tempore Conventus Strigoniensis traditus est Observantibus.

III Decretum Archi-Episcopi Strigoniensis tit. S. Cyriaci in Thermis S. R. E. Cardina-
lis, quod incipit: Memorie commendamus, ubi Archi-Episcopus facta legali inquisitione, &
cognita ex hominibus fide dignis super Evangelium in Vanibus, scandalosa vita Conventua-
lium in Ujlaks, eorum Conventum Ujlakiensem tradit Observantibus.
Hoc autem tempore n. p. Anno 1444 Pontificatus Eugenij IV. 13, dedit Julianus sua
Decretum, quod incipit: Romanus Pontifex. In quo tradit Observantibus Conventum Du-
densem & Pesthiensem, ~~Vandensem~~, & ~~Resperianensem~~, quod, sicut & reliquæ Bullæ, &
Decreta isthæ recensita servantur in Archivo Provie S. Petri Salvatoris, & legi possunt
copiata in libro aureo.

De Miraculis hoc tempore factis.

Circa hæc tempora, operatus est D. N. S. plurima miracula per devotos tres
Observantes, siquidem, multi ex Divina Svaritate in aere suspensi, dulci extasi recre-
rabantur. Unde his auditis Sigismundus Rex Hungarie, sapiens adivit Conventus Obser-
vantium in loco Cseri fundatum, & magnalia D. N. S. per pauperes tres manifestata
experimento comperitur, peculiaribus favoribus hos fovit, eisque a Pontifice quam plurima
impetravit Privilegia.

In ipso tempore contigit, duo Franciscani de Regulari Observantia ex obedientia
sui Superioris alio migrantes in conspectu Bosarok a quibusdam maleficanis Ju-
venibus, Religiosis vestibus expulsi sunt, qui dum ex sacris vestibus causam confierent,
omni peccatore ad tabernam alijs coniuncti petulantur saltitarunt, illic manifesta accessit
ultra Divina, nam vestitus ille ex Franciscano habitu confusus, repente in petulantibus duo-
bus juvenibus succensus, eousq flamma vorari in eis arsit, donec totius in cineres abiret.
Tunc Juvenes toti plaga percussis, palam fuisse vestem illam fuisse a pauperibus duo-
bus Fratribus inique delectam, & p causam acomodatam. Tandem ambo igne sanctati,
post octo dies, e vivis decesserunt. Ita Urbarium Præter.

Annò 1452.

II Vicarius Hungarie de Regulari Observantia, fuit Frater Michael de Pulisti Hun-
garus electus in Gyntas.

Memorabilia.

Ad tempore nimirum Anno 1452, Albertus Rex mortuus est, & Ladislaus Polonus dum confligeret cum Turcis iuxta mare, ab eis tam ipse, quam Cardinalis, & multi alij Viri Religiosi, Peritini Franciscani Observantes de Cœli interempti sunt. Eodem Anno nimirum 1452, Embrales Turcarum Princeps Constantinopolim expugnavit, & inde Cesar Turcarum nominari cepit. Item inter rebelles Hungaros multa discordia suborta sunt. Reliqua videantur in Vaduzo ad Annus 1451.

III Vicarius fuit Fr. Stephanus de Barsia Hungarus electus in Capitulo celebrato in Palota; eo plane tempore, dum dictus Fr. Stephanus Suteillas lavaret in Coquina, cum sua oblonga barba, & ante alios plegi curasset Constitutiones Observantium de Hungaria.

Memorabilia.

Hic Senex, & ~~Barbatus~~ Vicarius fuit ~~Sanonimus verisignus~~ Ministro Generali Conventualium, & Regni Magnatibus admodum carus, Fratrum vò suorum & Regularis Observantia parum amicus. Unde priusquam ad Capitulum Generale profectus fuisset, circumspiciens omnia sibi concessitam Provinciam, omnibus suadendo, quatenus Vicaria Sui in eadem Ministro Generali Conventualium, non vò Vicaria Observantium subderet, sui enim: inquit bat ille: Regula dicitur, ut Tres obediant Ministro Generali. Tandem Sabitis quorundam Fratrum votis, profectus est ad Capitulum Generale, & Vicariam suam, iam antea Vicario Generali Observantium subiectam, obtulit, & subjugavit Ministro Generali, quod factum Alexander Papa confirmavit per Bullam: Licet ea, quae Religiosis Minoribus. His infensi Pres, & Tres. verò Regularis Observantia zelatores, quidam occulte furebant, alij vò palam etiam, verbis apertis arguebant Vicarium et Capitulum recedentem, at vò ipse in nihilo emendatus, inquit Seniores, & Patres bene meritos ex officio depneret, Juvenes autem suae factionis fautores ad honoratiora movere officia. Insuper Episcopos, & Regni Barones invitavit ad Eleemosynas suam, tamquam ad Convivia Dominorum, ac etiam Regale Legitimum Filiae Regis Beatae in Conventu Strigoniensi asseratum, passim quibuslibet Personis & huius Recommendatione dividebat, multaque alia agebat contra Regulae S. puritatem; quocirca pauperuli Tres inter tot desolationes consternati, cunctas iniurias Vicarii sui factiones Ministro Generali aperuerunt ac una apud eum enixe supplicavere, quatenus locoropalis huius lapsi, & dissipatoris villiam, de alio Pastore novo provideret; siquidem sal infatuatum ad nihil ultra valeat, nisi ut mittatur foras, & conculetur ab hominibus. Annu it petitis Redissimus P. Minister Generalis, & illico misit Mandatum, ut Pres, & Seniores Discreti in unum conveniant, ibique dictum Fratrem Stephanum ab officio Vicariatus absolventes, alium utilem Pastorem servato Jure, eligant, & si prior sigillum restituerenollet, etiam manu violenta illud accipiant. Congregatis per Fratres tempore Quadragesimae Epiphaniae Dni, in Conventu Pesthensi, mandatum Redissimi Pres Ministeri Generalis publicatum est, & Fr. Stephanus ad medium confidentium advocatus, inquit suorum factionum penas luit: moxnamque Seniores urgebant eum ad officium resignandum, & distimulante ab eo quassierunt num velit obedire Ministro Generali, & an sponte officium, sigillumque sit paratus resignare, vel vò manum violentam iuxta iussa Ministeri Fratris experire? Ad quae vò reposuit, omnino se ad solum Ministeri Generalis mandatum citra omnem violentiam esse paratum ad resignandum sigillum, cum officio, siat etiam resignavit, & officio absolutus est. Tunc per confusionem incidit in morbum Gremoratus Fr. Stephanus, & per Magnificam Dnam Elisabetham quondam Joannis Vajvoda, & Tubernatoris vilitam viduam, transmissus est in curru ad Tatha, ubi quinto die morbo in gravem sentem Spiritum Creatori redidit. Et haec Gmatura ipsius mors, Divina Providentia videtur esse disposita, nam nisi e vivis sublatus fuisset, iterato eundem, urgentibus Rege, & Regni Baronibus in Vicarium coacti fuissent Tres eligere, objiciebant enim ipsi in omnibus Aulis, quod nunquam talis, & tantus Vir sit futurus in Familia Franciscana, donec haec perderaverit. Haec contigerunt Anno 1452. ☉

De Sancto Joanne Capistrano.

Sub Vicariatu Tris Stephani de Varsan, Anno videlicet 1456 die 14 Februarij, venit cum Joanne Corvino Tubernatore Hungarie, S. Capistranus in Regni Metropolim Budam, qui prioribus annis missus est a Nicolao V. Pontifici Maximo ad Partes Polonie, Polonie, Archiducatum Austriae &c. Et anno eodem, quem proximus, accepit imaginem, seu Crucem S. Salvatoris sibi a Summo Pontifice Calixto III missam, cum plenaria facultate, ubiq; locorum de predicandi virtutem Crucis, & congregandi exercitum Crucis signatorum contra imminentem Mahometis irruptionem. Hanc Crucem dum Beatus acciperet, totus perfusus lacrymis, devote ipsam habitui externi seorsum affixit, & vocem suam quaeque verbum exaltavit velut tuba alitona, denuntiando ubiq; Virtute Crucis et imitationem S. Salvatoris, eo quidem cum fervore, ac optato fructu, ut continuatis in quantum mensum Predicationibus, ipsam plerumque Praelati, & Pastores, de plebe autem multitudo copiosa Virgine Crucis S. Salvatoris insigniti fuerint, qui omnes ad debellandum Chiani hominis hostem spondebant se fideliter parturos. Videat Pater Hierolog Cosmographus Austriae Provia fol. 46.

Dum S. Joannes Capistranus a principio Mensis Februarij, usq; ad finem Junij in defesse Sui Sacrae Predicationi insistere, erupit ad Nandor Albam, Superbis Suis Caesar Turcarum Embrates anno prioris in expugnatione castri Constantinopolitani faustissimus, cum centum quinquaginta Millibus hominum, ut refert Bonfinius. Rumor hic mox ut percrebuit, Vir Sanctus congregavit undiq; suos Crucis Signatos, & conflato Crucis signatorum exercitu, descendit cum Joanne Hungari Regni Tubernatore ad Nandor Albam, alij Albam Graecam nunc Belgradum dictam, atq; die 2da Julij quinque naves milite Crucis signatorum Epiletas, feliciter in duogit ad Castrum Albense. Barbarus itaq; hostis multitudinem in manu, & bellis tormentis ex Campanis Constantinopolitans conflagris admodum fortis, obsedit Albam, aq; editur expugnationem fortaliter, quasi die, nocte hinc mania; e contra Beatus Joannes Capistranus Crucis signatorum amplexus accurrim cum Joanne Corvino pugnavit, usq; dum ultra nocte plandi tempus negaret. Et quamquam Turca multitudinem, & apparatus bellico, Chianum exercitum superasse videretur, Cypse Joannes Corvino, Tubernator, cum Nicolao Comendante Nandor Albense de victoria desperarent, Vir nihilominus DEI, Beatus Capistranus altera die rursus exercitum redintegrat, & in Virtute S. Salvatoris DEI Barbaram multitudinem agreditur, S. Salvatoris DEI acclamationem jubet, eo quidem successu, ut Turca, vel ad ipsam S. Salvatoris DEI acclamationem, & Vexilli S. Capistrani aspectum perterritus fugam sibi consuluerit, & Superbus Embrates per vitam molertia venenym sibi clari postulaverit, quod cum amici recusarent, totus timidus, & confusus Constantinopolim fugit, & qui se terrorem Orbis digerat, a pusillo grege virtus, fugatisq; abiit. Post hanc pugnam quae 24. Suis sine ulla intermissione durabat, numerabantur ex Turca Virtute S. Salvatoris DEI caesi 40 millia, & in fugam usq; Constantinopolim pariter dicuntur caesi 40 millia omnibus bellis tormentis in fuga relicta. Victoria haec percrebris, & tanta multitudinis interitus, absq; ulla ambage Virtuti Divinae, vel Angelorum ministerio adscribit, cum plurimorum caesorum corpora sine ullo vulnere, vel casura reperta fuerint. Videat de his Liber, qui Fortalicium Fidei intitulatur.

De Morte Joannis Corvini, & Sancti Joannis Capistrani.

Post Celebrem hanc Victoriam, eodem Anno videlicet 1456 ipse obiit in Domino Joannes Hungari Tubernator Hungariae, & Patens Mathie Regis Corvini, cui cum S. Vir Capistranus in Divis amice conjunctus fuerit, in morte quoq; fuit conjunctus; nam ex assidua corporis fatigatione morbo letali contracto, delatus est S. Capistranus Ujlakum; ubi a Rege Ladislao, & alijs Principibus in vestitur, & tandem Sanctis Galie Sacramentis cum maxima Religione susceptis, multaq; benedictis Orumatis, piensissime in Dno obiit, decimo Calendas Novembis Anno 1456, Sepultusq; est in eodem loco quod S. Tris in Canobio B. Virginis, & inter Sanctos relatus Anno 1690 ab Alexandro VIII

die 10ta Octobris. Exegit ob imminens Turcarum periculum transfulerunt Tres corpus
 Sacrum ex Conventu Ujlakiensi, seu Hockiensi, ad Conventum Nagy Szolosiensem a Daco-
 nibus Frényi magnis tum Franciscanorum Patronis fundatum. Videlicet Stephanus de Esz-
 vics Joannes Capistrani, qui subiungit, quid ideo iuxta multorum opinionem Franciscus Frényi
 tantas irati Numinis penas, in vita, & post mortem subiret, quia pulsus, aut caesus Francis-
 canis in Monasterio Nagy Szolosiensi, Corpus S. Capistrani confectum, aut indignis modis
 profanatum, in profundum puteum Monasterii projecit. Ita P. Hecclog & Nicolao Frényi

DE NOMENCLATURA PROVINCIAE SSIMI SALVATORIS.

Circa denominationem Provinciae SSimi Salvatoris, optima videtur opinio Reverendissimi Patris
 Jonzaga in suo Opere quadrupartito, qui arbitrat, hujus nomenclatura originem deducendam
 esse a S. Joanne Capistrano: dum etiam Gloriosus Ab. Ableta Capistranus ad Abbatem Prae-
 cam, nunc Delgradum dictum, in Festo Transfigurationis Dni triumphalem SSimi Nominis
 SSi obtinisset Victoriā, maxima Hungarorum ad hoc SSimum Nomen SSi accessit
 devotio, quo circa, ne ferrox iste erga SSimum Salvatorem in Hungaria tepidus, spotiq;
 perennaliter perseveraret, denominavit Vir Sanctus Unam Provinciam SSi in Hungaria
 Regulari Observantiam SSi SSimi Salvatoris, alteram vō antiquam S. Ma-
 riae Mibata Matris ejusdem SSimi Salvatoris.

IV. Vicarius fuit Frater Michael Siculus, electus in Orzava.

Memorabilia.

Sub hujus Vicarij tempore missus fuit in Moldaviam Fr. Sebastianus Sanga Custos
 Custodiae Transylvanicae, cum pluribus Fratribus de Vicaria Hungaria, qui dum ibidem Ver-
 bum DEI illuc annuntiarent, & vite sanctitate coruscarent, venit ad eos quaedam mulier
 a demone obsessa, spondens se baptismum susceperat, dummodo prius liberet a iugo diaboli: ipse
 illi annuerunt Freres, & per precēs Fris Bartholomaei Farini Schismaticam mulierem a dei-
 monio feliciter liberatam, illuc baptizarunt. Tama hac ubi percrebuit, Calogeri Schismatici
 nimirum comoti, nunciarunt Fratribus, ut ipsi gregi tm Hungarico, nō vō Schismatico p̄viderent,
 adjucentes nisi super graves minas. Hos inter nuncios non solum nō libenter audierunt Freres,
 sed & illos verbis contumeliosis affecerunt, ex quo factum est, quod Metropolitanus Schmaticus
 eorum adiret Vajvodam Moldaviae, ac p̄ compensationē emergentium iurgiorum enixe
 supplicavit. Quapropter ad conspectum Vajvodae advocatus Fr. Sebastianus Custos Tran-
 sylvanicae, multum altercabat cum Calogeri Schismaticis, ac tandem verbum inter comotos,
 in sae insulsa verba prorupit: Nisi vos in Regno Sa fuissetis, jam vos omnes a Turcis
 captivi fuissetis abduci, & periret. Vajvoda verba tam incauta ubi audit, furens, &
 frendens exposuit: Ego demonstrabo, quid DEUS sine vobis etiam, defendurus sit hoc
 Regnum a pernicitate Turcica, adeoq; volo, & jubeo, ut vos omnes ex Regno meo exeatis.
 Et sic ob dura, & incauta verba, cum magno opprobrio expulsi fuerant Freres ex Regno
 Moldaviae.

Annō 1465.

V. Vicarius fuit Frater Valentinus de Sigeth Hungarus, electus in Conventu de Ujlaki.

Memorabilia.

Hic Vicarius constituit, ut premia, & principalis Custodia non denominetur Custodia
 Sebes, & Custodia Strigoniensis, à Civitate Metropolitana Strigoniensi.

DE BULLIS PONTIFICIJS.

His temporibus videlicet Annō 1466 ad infantiam Comitis Michaelis Orszagy
 dedit Paulus II Pontifex Bullam; quae incipit: Pijs Fidelium votis, in qua concedit, ut Con-
 ventus Decseniensis in Diocesi Strigoniensi, ante per Franciscum Barum Dalmatiae Anō
 1452 p̄ Conventualibus fundatus, nunc vō totaliter, ab eisdem derelictus reedificetur p̄ Fra-
 tribus de Regulari Observantia, ac in perpetuum illum habeant. Vadingus.

Item Annō priori n. p. 1463 ad infantiam Mathiae Regis Corvini, Paulus II dedit Bullam.
 Inter cetera desiderabilia, in qua committit Archiepiscopo Strigoniensi, ut Monasterium in Oppido
 Hunyad p̄ Eremitis S. Augustini edificari in votum, possit à Mathia Rege edificari
 p̄ Franciscanos Observantibus. Bulla habetur in Archivio.

7.

44.

VI. Vicarius fuit idem Fr. Valentinus de Sigetis, reelectus in Conventu de Zalard. Ita Urbes.

Memorable.

Hic Vicarius profectus est ad Summum Pontificem Paulum II, ubi morabatur, ac iterum
duobus annis ab omnibus suis socijs dimittebat. Dum autem optata privilegia, & concessi
ones Pontificias feliciter obtinisset, rediit cum bona relatione, reperit Freres in Patake
& Capitulo congregatos, eosq; consolatus est.

VII. Vicarius fuit Fr. Michael Siculus, electus in Conventu de Patake.

Memorable.

Hic Vicarius in prioris Vicariatu suo fecit Ordinationem, ut Freres tribus integris
annis in suis Officijs permanerent, defuncto autem illam imutavit.

ANNO 1475.

VIII. Vicarius fuit Fr. Britius de Bohna Hungarus, electus Buda in Conventu
S. Joannis Evangelistae.

ANNO 1475.

IX. Vicarius fuit idem Fr. Britius de Bohna reelectus in Conventu de Ujlake.

Memorable.

Hoc tempore Salica Anno 1475, Matthias Corvinus Rex Hungariae descendit
in Maccediam, & Zavrnam obsedit Castrum Scabolor, illudq; postquam pernitentem
Hyemem impugnasset, tandem Anno sequenti n.p. 1476 sua potestate subjugavit.

ANNO 1477.

X. Vicarius fuit Frater Gabriel de Paly Hungarus electus in Conventu de Kecsény.

Memorable.

Hoc tempore, Anno videlicet 1478, confirmavit Matthias Rex omnia illa Privilegia
tribus observantibus, quae Sigismundus Rex Anno 1428 ipsdem Fratribus ad sui Vi-
cariu Bognensi unitis concessit. Originale habetur in Archivo, & incipit: Memorabile
commendamus.

ANNO 1479.

XI. Vicarius fuit idem Gabriel de Paly reelectus in Conventu Strigon. Dominica Invocabit.

ANNO 1481.

XII. Vicarius fuit Fr. Franciscus de Banya Hungarus electus in Conventu de Zanto.

Memorable.

Hoc Anno Innocentius Papa VIII ordinavit, ut Dedicatio Omniu Ecclesiaru
nostrae Praesentis celebretur Dominica 3ia post Pascha. Bulla existat in Archivo.

ANNO 1483.

XIII. Vicarius fuit idem Franciscus de Banya, qui omnibus Fratribus curas Pa-
ter, iterato reelectus est in Capitulo Buda celebrato.

Memorabilia

Hoc tempore floruerunt in Vicaria Hungariae duo famosi, & celebres Scholastica
Doctores, videlicet: Unus Pater Michael de S. Nicolao, qui est jam in saeculo fuerit Do-
ctor famosus, in Religionem tamen, suae Excellentis Sapientiae, & Doctoratus, miram
consumpsit simplicitatem. In Conventu Strigoniensi prelegit sententias Fratribus
ad id habilibus.

Secundus erat Pribaltus de Hemeslar, sollemnis Predicator, & Profundus
Theologiae Doctor, qui Buda prelegit Fratribus sententias, & composuit Stellaru
B.V. H.A.R.I.E., ac etiam Pomarium Sanctoru edidit. Urbanum.

Hic tempore istius Vicarij decisum est, ut Praesentatio Gloriosa Vicariis cele-
bretur sub eum duplici, pariter Festum Translationis S. Bernardini.

ANNO 1485.

XIV. Vicarij fuit Fr. Bar Solomonus Sacerdos Hung. electus in Capitulo celebrato in Zanto.

Memorabilia.

Hic Vicarius fuit vir magnae Sanctitatis, & qui ante aliquot annos in Moldavia mulierem Schismaticam a demonio liberavit, nunc totam Vicariam Humilitatis, aliarumque Virtutum exemplo plurimum edificavit, atque obinde Matthias Regi Hungariae Sacrificus extitit.

Anno supra dicto Matthias Rex Hungariae Viciam obsedit, & subjugavit.

XV. Vicarius fuit idem Fr. Bartholomaeus Szaryi de Szaros, in Istis electus Ducez Memorabilia.

Pientissimus iste Vicarius Anno eodem n.p. 1489 obdormiuit in Dno in Conventu de Vörös, & repositus est inter Patres suos. Pariter anno mox subsequenti, videlicet 1490 Matthias Rex Hungariae e vivis decessit, sepultusque est inter Reges Hungariae Albi Regali.

Verba Verbarij de morte Mathiae Regis, & memorati Vicarij. Sicut Joannes Hungadi Hungariae Gubernator, Mathiae Corvini Patris, & B. Joannes Capistranus, propter mutuam sinceram dilectionem, uno eodemque anno ad aeternam translati sunt requiem, ita hic Dominus Mathias Corvinus Hungariae Rex, & pia memoriae Fr. Bartholomaeus de Szaros Familiae Minorum Gubernator, eodem anno ad vitam caelestem evolarunt. Quis nunc ex Dominis, & Fratribus est, qui vobis assimilare possit?

Post mortem Mathiae Regis magna indige strages, & desolatio Hungariae; magis ^{hic scribitur} ~~magis~~ propter Rebelles. Plura in Chronica.

XVI. Vicarius fuit Fr. Stephanus de Sopronka Hungarus electus in Laikos.

Memorabilia.

Hic Vicarius fuit in eloquentia facundus homo, & Predicator celebris, ac obinde Fratribus, & Saecularibus admodum charus.

DE Bullis Pontificijs. Alexander Papa VI. in favorem Regularis Observantiae dedit quatuor Bullas scilicet. I. Bulla. Licet ea, quae Religionis sunt: In qua ad Infantiam Regis Vladislai Archiepiscoporum, Episcoporum, & Hungariae Baronum, denique confirmantur, acta Juliani Cardinalis in expulsiōne Conventualium & introductionem Fratrum canonicorum de Observantia, ad Conventus: Budensem, Pesthensem, Fori Sicalorum alias Varsabely, Item Vesprimiensem, Vaciensem, & Transylvaniae Diocesis domos. Praeterea numerat Strigoniensem Conventum, Ujlakiensem, de Leiseny, & domos Agricensis Diocesis. Et hos omnes Conventus iterato confirmat, subjicit, & in perpetuum stabilit Fratribus Observantibus.

II Bulla: Notitiae a nobis emanarunt Litterae & in qua Pontifex districti mandat, Episcopis, Vaciensi, & Jauriensi, ac Archiepiscopo Strigomensi, ut protegant Fratres de Regulari Observantia in Conventibus a Conventualibus acceperis, & turbatores, sive Conventuales, sive alij fuerint, censuris Ecclesiasticis, vel his non sufficientibus, etiam brachio Saeculari repellant.

III Bulla: Divina disponente Clementia. In qua Bulla Pontifex vult, ut Monasterium Danadiense S. Gerardi, olim Ordinis S. Benedicti, det Fratribus Observantibus, proventus vero Supra Monasterij, assignetur Episcopo Comadiensi & Episcopali mensa. Bulla habet in Archivio.

IV Bulla: Ea, quae iudicio, vel concordia, data Anno 1492 pridie Calendas Aprilis, in qua Pontifex confirmat compositionem, factam inter Conventuales, & Observantes per Julianum Cardinalem. Bulla habetur in Originali.

XVI Vicarius fuit **Annō 1493.** idem Frater Stephanus de Sopronca reelectus in Ujlak.

XVII. Vicarius fuit idem Stephanus de Sopronca, jam tertio reelectus in Conventu de Attya. **Annō 1495.**

Memorabilia.

Hoc Annō coram Petro Ardi. Episcopo Colocensi Trum Conventuali um Conservatore, Sen Protatore, & Thoma Episcopo Agriensi Trum canorum Obser- vantium Protatore, utpote a Sede Apostolica a delegatione facta est composito super controversias dietim inter Tris Conventuales, & Franciscanos Observantes exortas, & posi- tis conditiombz sequentibus: Amo: ut Conventus Regediensis noviter p Observantibus constructus, ab eisdem pacificè possideat, & in hoc Tris Conventuales plenarie consenserunt, eā tamen lege, ut ibidem etiam Conventuales libere mendicare possint. Edo: ut Observantes non vilipendant Conventuales, nū vituperent, sed potius ipsos povere & laudare satagant. Sto: ut Conventuales nō sumant amplius utgere Unionem Observantium cum Conven- tualibus. 4to: ut amba partes libere valeant mendicare per totum Regnum. Sto ut licitum sit cum licentia Superiorum Conventualibus ad Observantes, & vicissim transire, cum sit idem Ordo. Decretum servat in Archivio, quod incipit: Nos Petrus Misericordie Divinae Datum Buda Anno 1495 die 3^{ha} Maji. Et hoc facta sunt ex mandato Alexandri VI. cujus Bulla incipit: Venerabilibus Fratribz Romae &c. Bulla autem confirmativa pactationis incipit: Inter Personas quoslibet.

XX Vicarius fuit Fr. Gualdus de Lasko Hungarus electus in Conventu Pesthensi. **Annō 1497.**

Memorabilia.

Hoc Annō in Festo S. Demetrii, Vetero Buda in Conventu Trum Conventualium, ex mandato Papae Alexandri VI. facta est concordia mutua inter dissidentes animos Conventualium, & Observantium, multaqz salubriter sunt instituta a Ministro Pro- vinciali Conventualium, & Vicario Observantium p fraternam pacē conservanda. Litterae Originales incipiunt: Nos Fr. Gregorius Zekedel & quae servant in Archivio Provinciae sub sigillo Conventualium, quod idem ipsum est, quo defuncto Provincia Mariana utitur.

XXI. Vicarius fuit idem Fr. Gualdus de Lasko reelectus in Conventu de Attya. **Annō 1499.**

Memorabilia de fraude Conventualium.

Quaquam in Concordia paulo ante memorata inserta fuerit conditio tertia, ne Tris Conventuales inquam pmoveant Unionem inter Conventuales, & Observantes, nisi domnus pachi immores tempore istius Vicarii, rursus dolose exutabant ignem, aliquantisper sub cineribz gliscerentem. Nam reuocante Anno Jubilaeo, dum Universi Regni Barones, & Nobiles in campo Rakos convenissent, confurxerunt quidam Magnates, videlicet: D. Bartholomaeus Draksi, Petrus Tereb, & praemulti alij Nobiles omnes a Tribz Conventu- alibus subornati, & coram toto illo Regnicolarum consessu promovierunt causam Conventua- lium & tam fortiter egerunt p Unionem Observantium cum Conventualibz, ut Trum Gualdum de Lasko ad Conspectum Regni advocatum, multis minis, validis exhortationibz p se hinc ut edictis illis: Quod si familiam suam de Observantia non voluerit unire Conventualibz, omnibz Observantibus uniri reluctantibus est Regno excedendum erit, ad suam pertractarent senten- tiam, eatenus, ut petita Unioni consentiret. Interim consensus iste Vicarii iniquè extortus, nullius erat roboris, quia ei omnes, Tris Observantes contradixerunt, eumqz invalidarunt & anidularunt, ac insuper inter reliquos Seniores, quidam Venerabilis Henrico Fr. Step- nus de Sopronca, olim Vicarius palam coram omnibz dixit: Ne Regi, nec Regno volo esse obediens in hac Unionē, sed p Sancta Observantia ex Regno exulare paratus sum. In Urbarium. Usqz p sanctū Conventualium, & dictus Vicarius Fr. Gualdus cepit laborare, ut vicaria hae sibi Salvatoris non sit Subjecta Ministro Generali Conventualium, sed

inmediatē Vicario Generali Observantium, p̄t jam antea illi subiecta fuit, donec Fr̄
Stephanus de Varsan iuxta dicta Minusko Generali Conventuum Subjugasset; quod et
am effecisset, nisi ex parte una Pontificia confirmatio data p̄r Subjugationem Fr̄s Stephani
de Varsan, ex parte v̄o altera interveniens Officij finis fuis quod conatum suum possisset.

Laudes Fr̄s Osvaldi de Lasko.

Fr̄i Devotissimus Pater Osvaldus plurimum laboravit in scripturis p̄ devotionē
fidelium, & utilitatē Predicatorum, nam quā celebris Theologie Doctor & insignis
Verbi Divini Predicator, plures edidit libros, maxime Coniatoribus nimis utilis.
Et quidem primum Opus intulatur: Diga Salutis, in quo complectitur tomulos Coniunum de tem-
porē, de Sanctis, de Cupis; & Sermones Quadragesimalis; Aliud vero opus intulatur: Deni-
ma Fidei.

Corollarium I.

DE Divisione Seraphicæ Familiae hoc seculo facta in Hungaria.

Quæritur: An Familia Seraphica fuerit hoc seculo divisa in distinctas Hunga-
riæ Provincias? R̄, & dico, hoc seculo in Regno Hungariæ fuisse divisam antiquam Fran-
ciscanorum Provinciam circa Annum 1444, siq̄ extiterunt duæ Provincie n.p. Una S̄m̄i
Salvatoris Observantium, quæ t̄n Vicaria nuncupabatur, & alia antiqua Conventualium,
quæ etiam postmodum ad initium sequentis seculi recepit reformatam Observantiam, & denomi-
nata est Provincia Observantium S. MARIÆ. Et quidem hæc divisio accidit p̄
magno incrementum tam Observantia Regulari, quàm pusillæ Prævie Observantium S̄m̄i
Salvatoris, nam mox ubi Anno 1444 Fr̄s Conventuales notam incurrerunt, & ex Conventu-
libus suis exturbati sunt, tota Custodiâ Transylvaniæ, antea Conventualium suscepit re-
formam Regularis Observantia, consequenter ab antiqua Provincia avulsa, conjuncta est
Provinciæ Observantium S̄m̄i Salvatoris. Pariter intra Hungariam Fr̄s Conventuales
in suis Conventibus acceperunt Observantiam, pariter v̄o Regis, Regni, & Pontificis auctorita-
te Capuos suos Conventus debebant tradere Tribus Observantibus Prævie S̄m̄i Salva-
toris. Ex his Conventibus à Tribus Conventualibus acceptis, Capui fuerunt: Imus Strigo-
niensis S. V. MARIÆ. Medius Budensis S. Joannis Evangelistæ. Stus S. Petri de
Alcantara Pestini. q̄tus Vesprimiensis. Stus Vaciensis. Stus Regaliensis. Imus
Ujlakiensis. Stus Recseniensis. q̄nus Patakiensis. Imus Lunig Ecclesiensis. Imus
Simegienis. Imus Agriensis. Stus Belveidinensis S. Demetrii. 14tus S. Osa-
betæ Viduæ. Stus Ludovici in oppido Lippa. 16tus Varadinensis. Imus Rantovienis.

DE Vicaria, seu Provincia S̄m̄i Salvatoris, quæ hoc seculo in decem Custodias, & 70 Conventus excrevit.

I. & Principalis Custodiâ in Vicaria Hung. Observantium, seu Prævie S̄m̄i Salva-
toris erat hoc tempore Custodiâ Budensis, postea dicta Strigoniensis, quæ complectebatur
7 Conventus, nempe: Budensem, Strigoniensem, Pesthiensem, Tatensem, Visegradensem,
Gyöngyösiensem, & Jász-Derony. Fr̄s in his Conventibus erant numero 228.

II Custodiâ Ujlakiensis, S. Joannis Capistrani in 8 Conventibus se extendebat. n.p.
de Ujlak, Köböl, Futak, Attya, Alsány, Drakeo, Derecke Kolod vel Kálna. Fr̄s sic
erant 120.

III Custodiâ Transylvaniæ 10 Conventus moderabatur, n.p. de Colofar, Va-
sarbely, Telhalu, Demes, Hunyad, Megyes, Alba Ecclesiæ, Brassó, Csik, Moldavia,
Tergarista. Fr̄s erant 218.

IV Custodiâ Tenoriensis in 7 Conventibus excellit,
n.p. de Tenő, Vaxad in Honorem Spiritus S. Reges S. V. M. ad Nives. Chanad, Gyula,
Taran, Sebes. Fr̄s erant 140.

V Custodiâ Banyensis in 7 Conventibus dividebatur,
n.p. Banyá, Bátor, Kuszály, Megyes, Attya, & Nagy Solos. Frum Numerus 118.

VI Custodiâ de Ozora in 7 Conventibus dividebatur, n.p. Ozora, Dekos, Gyöngö, Szelle,
Kavaszbergé Fr̄s No 105.

VII Custodiâ Patakiensis, sex Conventus in se habebat n.p. Pa-
tak, Pantó, Csiké, Homonna, Lovar, Lippa S. Nicolai Fr̄s 99.

VIII Custodiâ S. Spiritus
& Conventibus gloriabatur n.p. Pápa, Talád, Pálóka S. Spiritus, Szatmár, Szatmár

Eger Var, Fies 150. IX Custodia Solvanie 7. Conventus numerabat, n.p. de Attina, Polymer, S. Ladislav, Varallya, Ivanoz, Petroz, Lemenicz, Fies 153. X Custodia Recesensis 6. Conventus conferabat, n.p. Receseny, Vamos, Fulek, Galgoz, Szakolca. P. Huber fol. 179:

DE Antiqua Provincia Conventualium, postea **MARIAE** dicta.

Provincia antiqua Conventualium, etiam post amissos suos Conventus, paulo ante numeratos adhuc in gremio conservavit aliquot Custodias, & Conventus cum quibusdam Fratribus reformam Observantiae recipere nolentibus. Et quidem Ima Custodia erat Saderna, retinuit Conventus: Soproniensem, Dofeniensem &c. Uda vò Budensis, tenuit Conventus, Vercu Dud. Jaurin. Tyrnariensem, Nytriensem. 3^{ia} Lunig, Eclesiensis, quae habuit Conventus, Lunig Eclesi. Varasf. &c. 4^{ta} Custodia Sagrabiensis, quae 6 Conventus complectebat. P. Timon S. J. Chronologus.

Dubitas: Qualiter nam Provincia Simi Salvatoris intra tam exiguos annos tot numero Fratribus & Conventus nunciata potuerit? R. & dico: quod Frès dos omnes ex saeculo accepit Provincia ad Religionem, sed plerique Seraphico Spiritu pleni à Conventualibus ad Observantiam Regularem transfuerunt, eo quidem cum fervore, ut integras Custodias, & plena comunitates Conventualium Fratribus de Regulari Observantia & Provincia, seu Vicaria eorum se se adjungerent, siq; Provincia cito copiam Filiorum, & Conventuum nunciata potuerit. Haec etiam his temporibus in alijs mundi partibus accidit, ut integras Provincias Conventualium ad Regularem Observantiam transfuerunt.

Dubitatur: An ergo verum sit, quod Provincia Simi Salvatoris Observantia exstitit à temporibus S. P. Francisci, vel vò ab eo tempore inchoata sit? R. Provinciam Simi Salvatoris quo ad rem, seu quo ad suos Conventus omnino exstitisse à temporibus S. P. Francisci & tandem quo ad denominationem Observantia & tituli Simi Salvatoris accepisse initium saeculis sequentibus. Ratio Ima partis est: quia Provincia Simi Salvatoris Conventus quidam, utpote Agriensis, & Syngyosiensis jam tempore S. Francisci exstabant, alij vero mox post S. Patris tempora sunt extracti. Ratio vò 2da partis est: & Responsio patet: quia denominatio Observantia introducenda est in Hungariam saeculo 2do Ordinis n.p. Anno 1539, denominatio autem tituli Simi Salvatoris à temporibus S. Joannis Capistrani.

Quaeritur: An hoc saeculo Frès Conventuales fuerint jam inchoata dispersati in Regula, sicut sunt defacto moderni? R. na hoc saeculo adhuc fuisse Conventuales absolute dispersatos, & ab Observantibus separatos, cum hoc factum sit per Leonem X saeculo sequenti Anno 1517. Ante sub finem hujus saeculi jam major, & potior part Ordinis Seraphici constabat ex Fratribus Observantibus, qui fuerant in his, & ultra montanam familiam diversi. Et quomodo Observantes habuerunt Vicarium Generalem, sic tamen se dependenter habuit à Ministro Generali totius Ordinis. Ex quibus sequitur, quod saeculo isto, nondum repperit totus Ordo aliquam dispensationem Regulae relaxativam, quamvis in quibusdam Provincijs, & Conventibus quosmodi relaxationibus usi fuerint Conventuales.

Corollarium II

De Rebus memorabilibus hujus saeculi.

- 1^{mo}: In Conilio Constantiensi Anno 1415 Frès Miniores absq; Privilegijs relaxativis viventes vocati sunt Observantes.
- 2do: Frates Minores de Comunitate, qui antea à Martino V. Transalps diabantur, nunc per Eugenium IV. nominati sunt Conventuales, ut distinguantur ab Observantibus Anno 1431.
- 3to: Anno 1443 Frates Minores Observantes dividuntur in Cis & ultra montanam familiam.
- 4to Anno 1451: S. Joannes Capistranus venit vicina, & Anno 1456 moritur in Hungaria ad Ujlak.

Sto: Anno 1479 S. Jacobus de Marobria, moritur.

Hoc seculo in Ordine Seraphico fuerant undecim Annis in Generales, videlicet P. Kreslinger in octo, & P. gressu Ordi.

DE Pontificibus.

Hoc seculo, in Ecclesia P. S. fuerant 13 veri Papa usque Innocentius VII. Gregorius XII. Alexander V. Joannes XXIII. Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus V. Callistus III. Pius II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI.

Gregorius XII depositus est in Concilio Pisano Anno 1409. Pariter Joannes XXIII excommunicatus est in Concilio Constantiensi Anno 1415. Prater hos fuerant duo Antipape, scilicet Gregorius et Eugenius. Gregorius sub nomine Clementis VII intrusus Anno 1423, qui tamen Anno sequenti submitit se Martino V. Eugenius Amadeus intrusus contra Eugenium IV. sed & hic submitit se Nicolao V. Anno 1440.

DE Regibus Hungariae.

Hoc seculo in Regno Hungariae fuerant sex Reges. Scilicet Sigismundus Bohemus. Idem Albertus Austriae Archidux, qui Sigismundi filiam habuit. Scilicet Vladislavus I. Polonus, qui Regiam Elisabetham Alberti Regis Viduam promisit se accepturum in uxorem. Sed postea coronatus respiciit. Idem Ladislavus V Alberti Austriae Regis, & Elisabethae Lodovicus filius. Idem Matthias Corvinus Rex Gloriosissimus, iudicissimus Joannis Hunyadi filius. Idem Vladislavus II Polonus, filius Matthei Regis, Joannes Corvinus factus est Dux Bosniae.

COROLLARIUM

Referuntur quædam Decreta, et Bullæ Pontificiæ

DE FRATRUM CONVENTUALIUM EXPULSIONE.

Convenit scire: quod ad causam Fratrum Conventualium revidendam & decidendam, in sacris: Rege, & Regni Proceribus, duo Cardinales, fuerint a Sede Romana Legati, nimirum Julianus 1444, et Joannes 1448, quorum pro parte Observantium factæ decisiones sunt tenorij sequentis:

Decretum Juliani Cardinalis sub Eugenio IV. Anno 1444

Julianus Miseratione Divinâ tituli S. Sabinae S. R. E. Presbyter Cardinalis S. Angeli vulgariter nuncupatus, in Regno Hungaria, Polonia, Bohemia, et Croatia ac in Provincia Salisburgensi Apostolicæ Sedis Legatus.

Religioso viro Fratri Joanni Vicario Ordinis Minorum de Observantia salutem in Domino.

Romanus Pontifex, qui universi Prejici Domini regimen à Christo suscepit, legatos suos de latere Apostolicæ Sedis, Ecclesiæ Dei Cardinales ad diversas mundi partes transmittit, ut mediante eorum providentiâ circumspectâ Clericorum tam secularium, quam Regularium, principaliter qui alijs Christicolis, vita, et sanctimonid norma, et speculum morum et honestatis esse debent, errata corrigant, et emendent in melius, et deformata reforment. Hanc cum pridem accepissemus Domum S. Joannis Dudensem, ac S. Petri Periciensem Vespriniensis, et Valenciensis Diocesum dictarum, Ordinis Fratrum Minorum adeo esse deformatas, quod certi Fratres Conventuales dicti ordinis in eisdem tunc degentes contra eorum professionem, et Beati Francisci regulam, sanctæ paupertatis disciplinam deserentes, sibi propria bona vendicare, ac mundani vacare luxurij non formidabant, in eisdem quoque Dudensi, et Periciensis domis scandalum, præsertim horas debitas celebrare negligentes, ac alia multa reprehensibilia nostro incumbit officio obviare satagentes, Fratres Conventuales præfatos saepe charitative monuimus, ut sua professionis memores, Regulam præfati S. Francisci velint observare, tecumque, ac cum Fratribus tuis veram dictæ regulæ observantiam tenentibus pacifice vivere; alioquin ne dictos Conventus in detrimentum animarum suarum, et scandalum dicti Ordinis, ac religionum Christiani delium occuparent, a Conventibus, et Domibus prædictis, licenciatos, et amotos decrevimus. Cum ipsi Conventuales Fratres hujusmodi observantiam se non posse servare dicerent, à dictis Conventibus, et Domibus recesserunt, et alias domos ejusdem Ordinis, prout eorum cuilibet placuit, intraverunt, et in eisdem remanserunt. Idcirco in eisdem Conventibus, ac Domibus, quasi novellas plantantes olivas, quæ fructus charitatis, et honestatis afferrent, te scilicet, et Fratres tuos sub Regula dicti S. Francisci, et regulari observantia degentes, ut tibi Deo perpetuo exhibeatis famulatum, ad ipsas Domos, et præfatos Conventus regendos, et gubernandos Apostolicâ auctoritate, nobis specialiter in hac parte concessâ deputavimus, ac deputamus per præsentem. Ut igitur possis unâ cum tuis Fratribus in Conventibus, et Domibus Deo quietius deservire, ac horis vacare Divinis, omnibus, et singulis Fratribus Conventualibus dicti Ordinis, ac alijs cujuscunque status, gradus, Ordinis, vel conditionis existant, præcipimus, ac in virtute S. Obedientia, et sub pena Excommunicationis latis sententiæ, quam ex nunc, protunc, et extunc, prout et nunc contra inobedientes ferimus, in his scriptis distinctè mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios, rectè, vel indirectè quovis quæsito colore, te, vel Fratres tuos, qui nunc sunt, et qui erunt protempore, quique sub dicta regulari observantia vivunt, quovis modo vexare, molestare, aut perturbare, seu vexari, molestari, aut perturbari facere, aut alia attentare, quominus in Conventibus, seu Ecclesiis, et Domibus prædictis libere, et quietè stare, ac illas regere, et gubernare possint, et debeant, nullo modo præsumant. Et insuper Reverendo in Christo Patri Dei gratia Valenciensi Episcopo dictâ auctoritate committimus, et mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios, te, vel Fratres

predictos qui sunt, et qui erunt pro tempore, in possessione Conventuum, et Domorum predictorum
et earum defendat, nec vos a quocumque perturbari, seu molestari permittat, contradictores per Cen-
suram Ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit
auxilio brachij secularis. Non obstantibus omnibus illis, quae in litteris Apostolicis nobis in
haec parte concessis dicitur Sanctissimus Dominus Noster Papa voluit, non ob stare, ceterisque
contrariis quibuscumque. Datum Buda dictae Neoprimienis Diocesis. Die 20 Februarii Anno
no a Nativitate Domini 1448 Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri
Domini Eugenij Divina providentia Papa IV Anno tertio decimo.

Decretum Joannis Cardinalis sub Nicolao V. Anno 1448.

Joannes misericordiae Divinae S. Angeli S. R. E. Diaconus Cardinalis, Apostolicae Sedis
in Germania, et nonnullis alijs partibus de latere legatus specialiter delegatus, Reverendissimo
in Christo Patri, et Domino Domino Dionysio eadem misericordiae Trulli S. Cyriaci in Thornis pres-
bytero S. Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, Strigoniensi vulgare nuncupato salutem in Domino.
Romanus Pontifex, qui universi gregis Domini a Christo regimen suscepit, Legatos suos
de latere S. Apostolicae Sedis Ecclesiae Dei Cardinales ad diversas Mundi partes transmittit, ut
mediate eorum providentia circumspiciat Clericorum, tam secularium, quam Regularium principa-
liter, qui alijs Christianis vita, et sanctimoniam norma, Speculum morum, et honestatis esse debent,
errata corrigant, et emendent in melius, et deformata reforment. Exhibita sibi pro parte
delictorum nobis in Christo Joannis de Hunyad Incliti Regni Hungariae Praeae, ac Prae-
latorum, Baronum, ceterorumque Procerum, et Regnicolarum dicti Regni petitio continebat; quod
licet D. V. Mariae in Civitate Strigoniensi, S. Ludovici in oppido Lippa, Canadensis communiter
nuncupatus, S. Elisabeth Viduae, et in Debreceny, ac Szatmar Nemeti, Laurinensis, et Varadien-
sis Diocesium Ord. S. Francisci sita Domus, et Conventus pro Conventibus, et Conventualibus
habitationibus Fratrum dicti Ordinis, adhibitis omnibus opportunis officinis, ac multis varijs
et pretiosis ornamentis, et paramentis Ecclesiasticis, ac sacris vasibus aureis, et argenteis, Tabulisque
et alijs gemmis preciosis copiose decoratis, pro divinis inibi celebrandis officijs sufficienter, et copio-
se, per divos dicti Regni Reges fundati, et dotati fuerint, tamen propter dissolutam, et inordinatam
vitam Fratrum dicti Ordinis in ipsis Domibus, et Conventibus pro tempore sine observantia, et
regulari vita disciplina degentium cultus Divinus in eis diminutus existit, ipsaque domus, et
Conventus in suis structuris, et aedificijs ruinam minentur, et omnes res, et bona hujusmodi ad cul-
tum Divinum, ut praedicitur deputata fore distraeta, alienata, et per ipsos Fratres vendita,
et ad alienas manus deducta reperiantur, in maximum ipsorum domus, et Conventus prejudici-
um, damnum atque gravamperniciosumque exemplum plurimorum, quodque propterea Christi
Fidelium elemosynarum largitatis erga Fratres ipsos in dies reperit, et se ab ipsis retrahentes,
modicam, aut nullam ad eos habent devotionem. Quare parte Joannis Praeae, Praeae, Praeae,
Baronum, Procerum, et Regnicolarum predictorum asserentium, nisi ipsi Domibus, et Conventibus
de ceteri succurratur remedio, domos, et Conventus praefatos in eorum bonis, et pretiosis claudij
omnino annihilari, ac animas Regum, Magnatum, et hujusmodi Regni Baronum, quorum sepulturae
in eorum Ecclesijs habentur, Divinis frustrari orationum suffragijs, ac cupientibus Domos, et Con-
ventus praedictos in eorum structuris, et aedificijs restaurari, et reparari, et in fervore charitatis
augeri. Nobis fuit similiter supplicatum, ut super his oportuni remedij succurreremus. Nos
igitur, qui Religionem, et cultum Divinum ubique locorum nostris potissime temporibus vigere,
et augeri intendimus desideramus affectibus Praeae Joannis Praeae, Praeae,
Baronum, Procerum, et Regnicolarum positum, condignis in Domino laudibus commendantes,
et ut illud optatum socias fecerim, quantum cum Deo possumus providere volentes de eorum
praefatis certa notitiam non habentibus, hujusmodi quoque supplicationibus inclinat, circum-
spectioni vestrae auctoritatem Apostolicam nobis specialiter in hac parte commissam adjuvantes;
eadem auctoritate vos exhortando, cum hujusmodi domos, et Conventus pluribus alijs arduis
ad praesens praedicti negotij personaliter visitare, et de praemissis informari non valeamus,
quatenus de praemissis, et eorum circumstantijs universis, auctoritate praefata vos diligenter
informatis, et si per informationem hujusmodi, nec non quascumque dicti Ordinis Domos alias
in Conventus in toto Regno Hungariae existentes, de quibus vobis videbitur reformando, et
errata corrigendo, et in melius emendando Fratribus actu in eisdem habitantibus, si ad
regularem iuxta ipsius Ordinis, et instituti observationem reduci, et ab hujusmodi

116

erroribus resipiscere noluerint, à Domibus, et Conventibus dictis penitus expulsos, et exclusos similes, vel ejusdem Ordinis Fratres de observantia communiter nuncupatos, in hujusmodi domibus, et conventibus, quasi novellam olivam, quæ fructus charitatis, et honestatis populo Dei afferant, ut eos regant, et gubernent instituire, et deputare auctoritate prædictâ curatis: Inducentes eos per vos, vel alium, vel alios in corporalem possessionem domorum, et Conventuum prædictorum, juriumque, et pertinentiarum eorumdem, et defendentes inductos districte præcipiendo mandantes eis, ut inibi Deo sub Regulari. Francisci, et regulari observantia perpetuum exhibeant famulatum, facientesque alias in præmissis prout secundum Deum, et domorum, ac Conventuum prædictorum reformationem vobis visum fuerit expedire, et nihilominus si expulsionem, institutionem, et deputationes prædictas per vos vigore presentium fieri contigerit, ut Fratres in domibus prædictis, et conventibus per vos instituti, et deputati, eo quietius Altissimo deservire, ac horis vacare Divinis possint, et valeant omnibus, et singulis expulsos prædictis, nec non quibuscumque alijs dicti Ordinis Fratribus cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint in virtute s. Obedientia, ac sub Excommunicationis, et alijs, de quibus vobis videbitur pax districte præcipiendo, et inhibendo mandatis, ne ipsi per se, vel per alium, seu alios directè, vel indirectè quovis gradu colore, Fratres per vos institutos prædictos, qui nunc sunt, vel qui eorum tempore erunt, quomodolibet laudabiliter sub dicta regulari observantia vivunt, vexare, molestare, perturbare, seu vexari, molestari, aut perturbari facere, quominus in Conventibus, et domibus prædictis liberi, et quietè stare, et illos regere, et gubernare possint, et valeant, ullò modo præsumant, faciendisque rursus, quæ in præmissis, et vobis necessaria videbuntur, vel opportuna; Non obstantibus felicis recordationis P. Bonificij Papa VIII. illa præsertim, quæ providetur, ne Fratres cujuscumque Ordinis mendicantium, in gravibus civitate, terra, seu villa, aut quocumque Castro, sive alio loco domus de novo construere, seu conserui facere, aut constructum recipere præsumant absque Apostolicæ, et diligentiâ speciali, faciente plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de prohibitione hujusmodi mentionem, et alijs Apostolicis constitutionibus, nec non præfati Ordinis juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quacumque firmitate aliâ roborati statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. In quorum, & singulorum fidem, et testimonium præmissorum, presentes litteras per Secretarium nostrum infra scriptum, subscriptas exinde fieri, nostrique sigilli iussimus, et fecimus apensione committi. Datum Buda Vespriensis Diocesis, sub Anno à Nativitate Dni 1448 Indictione II Die vero 25 Mensis Junij. Pontificatus Sni in Christo Patris, et Domini Nostri Domini Nicolai Divina providentiâ Papæ V. Anno 8do.

Item Anno 1448 Die 11 Octobris hora tertiârum, vel quâsi executio facta est: Et quia Fratres Conventuales sub Regula s. Francisci vivere recusant, Dominus Cardinalis: intellige Archiepiscopum Strigoniensem Dionysium &c. cujus Legatus Apostolicus in præfato decreto scribit, juxta mandatum Apostolicum decrevit eos exire, vel ad Fratres de observantia, aut Conventuales, presentibus ibidem toto Capitulo Ecclesiæ Strigoniensis. Jacobus Notarius in præmissis.

Quod hoc Præteritum sit authenticum, et cum originali concordans, conseratur Transumptum Domini Thomæ Amædi de Ferraria, Doctoris Decretorum, Archidiaconi Niriensis, et Archiepiscopi Strigoniensis in spiritualibus Vicarij Generalis, quod incipit: Noverint Universi &c. Datum Anno 1506. Die Sctæ Marij ad instantiam Fratris Stephani de Dosto Ordinis Fratrum Minorum de Observantia Custodiæ Strigoniensis Custodem. Reservatur in Archivio.

BULLÆ PONTIFICIÆ

EUGENII PAPÆ BULLA Annò 1444

Argumentum: Rex, et Magnates Regni Hungariæ, ac ipsemet Julianus S. R. C. Cardinalis, et Legatus Apostolicus reculerunt Summo Pontifici, quàm ardenti zelo Franciscani de regulari observantia cura animarum, ac conversioni infidelium, et hæreticorum insisterent, quântoque fervore in Conventibus Budaensi, Pestinensi, Segediensi Toronicorum, et alijs recentè sibi collatis, cum maxima sanctitatis forma Divinis laudibus intenti essent, dedit Bullam præsentem, in qua non solum confirmat acta Juliani Cardinalis quoad conventus præspecificatos eidem observantibus traditos, sed insuper copiosa Fratri Fabiano de Dacia Vicario Observantium, illique subjectis Fratribus largitur privilegia. Bulla est tenoris sequentis:

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei

Dilecti Filij Vicarij, et Fratres Vicaria Posse nuncupatis Ordinis Minorum presentibus, et futuri Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Sacra Religio, sub qua mundanis abjectis illecebris cum additione voluntaria paupertatis, Virtutum Domino in humilitatis spiritu devotum impendentis, et sedulum etiam in favorem fidei Catholicae famulatum merita promerentur, ut Apostolica Sedes vos favoribus benignis confoveat, et specialibus gratijs prosequatur in illis praesertim, per quae fides ipsa amplietur, vosque pia vita studio votis ipsis, et alijs ad animarum salutem proficere valeatis. Attendentes igitur, quod vos praesertim in partibus Septentrionalibus honorem, et propagationem Christiani Nominis diligenter, ac fideliter hactenus prosecuti eritis, et in dies prosequimini etiam in Scythia, in quibus paganorum multitudo consistit, ad quae partes suffulti auctoritate Apostolica pro lucrificando Christo animas, et innumerabiles populos gremio S. Martini more libenter invenditis, seu aliqui vestri intendunt proficisci, et in Moldavia, in quibus tam a longis pestiferum virus Schismatis, quod adhuc nonnullos illarum partium populos, qui ad Romanam Ecclesiam unitatem nuper redierunt, inficere non desinit, quam a paucis temporibus intra haeretica pravitate, et potissimum Hussitarum lethifera pestis in maximum Christianae fidei detrimentum, quam plura germinarunt perversa germina, quae diuturni, nisi desuper oportune provideatur, abundantius succrescent, ac in septem sedibus Sicularum partibus, in quibus licet haeretica pravitate peris huiusmodi notorie non appareat, propter Ecclesiasticarum personarum cura animarum intendere debentium paucitatem, nec non Diacesium nimiam distantiam ab eisdem populis, quasi doctrinae Christianae, fideique, cum ibidem admodum pauci, vel quasi nulli sint, qui illis verbum Dominicum annuncient, in dies magis redduntur ignari, pro fidei huiusmodi, nec non Divini cultus, et Religionis augmento plurima labores, et studia fructuosa impendere poteritis, et libenti animo impendetis, ut eo ferventius ipsi laboribus, et studiis insistere valeatis, pro vos Apostolice favoribus, et gratijs amplioribus per nos quondam Dionysius Ujlat Vestri Ordinis Professori, et in diebus Scythia, Moldavia, ac septem Sedibus Sicularum inibi Commissario Nostro ab eo pro tempore substituto dudum concessis motu proprio non ad Vestram, vel alicujus provobij nobis super hac oblata petitionis instantiam, sed de nostra deliberatione mera ex certa scientia, auctoritate Apostolica tenore praesentium omnia, et singula in eisdem, Scythia, Moldavia, et septem Sedibus Sicularum partibus existentia, quae venerabili Fr. Noxer Juliano Episcopo Tusculano in certis partibus dictae Sedis Legatus vobis jam assignavit, et in posterum forsan assignabit alia, Conventuum, ac loca dicti Ordinis, quaecumque, quaecumque, et qualia cumque sint, cum omnibus personis, privilegijs, gratijs, indulgijs, in specie, seu genere per nos, vel Sedem praedictam alijs domibus, et locis, sine unita, incorporata subiecta, ac in eis pro tempore degentes Fratres, omnibus, et singulis exemptionibus, immunitatibus, privilegijs, indulgijs, gratijs, Indulgijs in specie seu genere per nos, vel Sedem praedictam alijs domibus, et locis dictae Vicariae, ipsorumque fratrum hactenus quomodolibet concessis, seu in posterum concedendis utantur, et gaudeant, ac uti, et gaudere possint, nec non dilectum Filium Fabianum de Barchia, ac omnes alios, et singulos dictos Vicarios dictae Vicariae, qui pro tempore erunt, et ab eis pro tempore substitutos, tam in subiectis unitis, et incorporatis praedictis, quam alijs Conventibus, domibus, et locis praefatae Vicariae, Nostros, et Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, qui pro tempore erunt, ac Sedis praedictae Commissarios, ceterorum Nostrorum, ac Sedis praefatae Nominibus in omnibus, et singulis subiectis, unius incorporatis, et alijs Conventibus, domibus, ac locis Vicariae praefatae, eorumque personis illas prorsus, et omni modam Jurisdictionem, potestatem, ac facultatem habeant, et exercere possint, quas Generalis Magister dicti Ordinis pro tempore existens in illis habet, et si in dictis partibus praesens fore, habere, et exercere possit; Praeterea quod Fabianus, seu Vicarius pro tempore, et substituti praedicti ac omnes

et Singuli Fratres in ipsiſ Scythia, Moldavia, et Septem Sediſibus Siculorum partibus pro tempore
 commorantes, omnium, et ſingulorum Fidelium, etſi ad Chriſtianam fidem converti voluerint, ac con-
 verſi, ac baptizati fuerint infidelium, ac eos pro tempore undeſquaque conſluentium Confeſſiones
 audire, et pro commiſſis ab eisdem etiam quantum cunqve gravibus, et enormibus criminibus, et delictis,
 etiam ſi Symonia, et aliaſ talia fuerint, propterea ſedes ipſa ſi merito conſulenda debita abſo-
 lutionem impendere, et poenitentiam injungere ſalutarem, nec non illis a quibuscunqve Excommunicationis,
 niſi, ſuſpenſionis, et Interdicti, et alijs Eccleſiaſticis ſententijs, Censuris, et poenis, tam a jure, quã homine
 laicis, et promulgatis, etiam dicta ſedi reſervatis caſibus in forma Eccleſie conſueti injunctis ſibi
 pro modo culpa, poenitentia ſalutari, et alijs, quã de jure fuerint injungenda abſolvere, et cum eis
 ſuper quibuscunqve Irregularitatibus, Homicidij Voluntary, bigamia, et mutilationis membrorum caſi-
 bus duntaxat exceptis diſpensare, ac omnem ab ipſis inhabilitatis, & infamie maculam, ſive notam
 per eos quomodolibet contractam penitus abſolvere, ac illis Euchariſtia, Baptiſmatis, Chriſmatis,
 et Confirmationis, Extrema Unctionis, aliisque Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, Apoſtataſ a fide,
 ſeu Religionis ad poenitentiam ſalutarem, et habitum ſua Religionis, nec non alios ad plenariam ipſorum
 reconciliationem recipere, et admittere, nec non alia jura parochialia eis miniſtrare, regere, et exercere,
 Capellas quoque, et Altaria, nec non calices, et paramenta Eccleſiaſtica, oleum ſanctum, et Chriſma conſi-
 cere, et benedicere, ac reconciliandas Eccleſias, et reconcilianda Cameteria reconciliare, De Matrimo-
 nialibus, et alijs cauſis ſpiritualibus cognoſcere, illasque decidere, et in eis proxijs illam juridiſtio-
 nem habere, et exercere, quam Diaceſanus Episcopuſ, ſi ibidem eſſet, haberet, et exercere poſſet, cum
 Schismaticis quoque, Hereticis, Excommunicatis, ſeu interdictis quibuscunqve, quorum cunqve notorijs,
 niſi Fabianus, et Vicarius pro tempore, aut ſubſtituti prædicti eos vitari mandaverint, in quibuscunqve
 locum negotij etiam in Divinis officijs, et extra, dum tamen in crimine non participant, participare;
 Et inſuper, ut Veſtrorum bonorum operum fructus valeant pro amplius propagari, quod Fabianus,
 et Vicarius pro tempore, et ſubſtituti prædicti non modo in dictis Scythia, Moldavia, et Septem Se-
 dilibus Siculorum partibus, quã Vicarie prædictaſ ſubjecimus, anneximus, incorporavimus, ut
 præfertur, non modo jam conſtructa ad obſervantiam prædictam reducere, ſed etiam alia, Con-
 ventus, locos, locaque, unum, duo, tria, et plura, ac tot, quot ipſi Vicaris expediens videbitur,
 pro veſtri uſu, et habitatione de novo acquirere, et in eis Eccleſias cum campanilibus, campanis, can-
 meterijs, dormitorijs, hortis, hortalijs, et alijs neceſſarijs officijs fundare, et conſtruere. Præter
 ea quod quotieſcunqve Confefſor, ſeu Confefſores, quem, vel quos vos, et veſtrum quilibet præſentes,
 et futuri pro tempore de dicti Vicarij, vel inferioris Superioris veſtri, ſi ejus copia comode haberi po-
 terit licentia duxerit, et duxerit eligendum, ſeu eligendos veſtras, et veſtrum cuſlibet conſeſſiones
 audire, ac pro commiſſis criminibus, exceſſibus, et delictis etiam in reſervatis prædictaſ ſedi caſibus,
 vobis, et cuilibet veſtrum debitam abſolutionem impendere, ac injungere poenitentiam ſalutarem,
 nec non vos, et quemlibet veſtrum, a quibuscunqve excommunicationis, ſuſpenſionis, et interdicti, alijs
 que ſententijs, et cenſuris, et poenis a jure, ſeu homine promulgatis etiam in caſibus præſatis ſe-
 di reſervatis, quoties ſimiliter opportunum fuerit abſolvere, et cum vobis, ac veſtrum quomodoli-
 bet ſuper irregularitatibus, ſignas hujusmodi ſententijs ligati, Miſſas, et alia Divina officia non
 tantum in contemptum clavium celebrando, aut miſcendo ſe illis, ſeu alijs quomodo cunqve contractis,
 homicidij voluntary, Mutilationis membrorum, et bigamia, caſibus prædictis duntaxat exceptis di-
 ſpensare, omnemque a vobis, et quolibet veſtrum inhabilitatis, et infamie maculam, ſive notam
 per vos, et quemlibet veſtrum quomodolibet contractam abſolvere, nec non vobis in ſinceritate fidei
 unitate, et Romana Eccleſia, et devotione noſtra, et ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum
 canonicè intrantium perſiſtentibus plenariam remiſſionem in mortis articulo, quam etiam quemli-
 bet veſtrum, quem in hujusmodi articulo confefſorij copiam non habere continget, dum modo in
 vera contritione decedat conſequiri volumus, concedere valeant. Et inſuper quod Fratres Vicarij
 prædictaſ, qui ſunt, et pro tempore erunt idonei ad annunciandum verbum Dei, cum licentia tamen
 Fratrum diſcretorum, quoties opus fuerit eos inſtituere, et deſtruere poſſit, verbum Dei
 publice tam in veſtris, quam alijs Eccleſijs, et locis publicis Civitatum, Terrarum, & Locorum

Præfata Vicaria, Ordinariorum Locorum, Prælatorum Ecclesiasticorum, et aliorum quorumcumque licentia desuper nullatenus requisita publice proponere, ita tamen, quod si in Metropolitanâ, aut alijs Cathedralibus, seu collegiatis, vel aliquorum Ordinum Ecclesijs prædicare voluerint, Prælatorum eorundem licentiam obtinere teneantur. Quodque vos, et quilibet vestrum ex transgressione quorumcumque Constitutionum prædicti Ordinis præsentium et futurarum, dummodò in quantum humana fragilitas patitur, Regulam vestri Ordinis dicti studeatis observare, peccatum aliquod minimè incurratis. Præterea omnibus, et singulis Christi fidelibus, qui de bonis sibi à Deo collatis, unum pro centenario, id est: centesimam partem bonorum suorum pro liberatione fidelium captivorum de manibus infidelium, seu pro erectione, et manutenzione Domorum, et Locorum in Scythia, et Moldavia, et septem sedibus Siculo-rum partibus prædictis duntaxat, pro tempore constituentium, ac sustentatione, ne vita Fratrum, qui ad infidelium, et præsertim dicta Scythia partes pro tempore transire voluerint, piè erogaverint, quod Confessores Sæculares, et Regulares etiam ex vobis, quos duxerint eligendos, confessionibus eorum diligenter audiat, eis pro commissis ab eis excessibus, eximibus, et Delictis in omnibus etiam præfata sedi reservatis casibus semel tantum debitam absolutionem impendere, et injungere penitentiam salutarem, nec non eis in sinceritate, Unitate, et devotione prædictis persequentibus plenariam remissionem in mortis articulo concedere valeatis. Ita tamen, quod Confessores ipsi de hijs, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam dictis fidelibus per eos si super vixerint, vel Successores suos, si tunc forte transierint, faciendam injungant, quam dicti fideles, vel Successores facere teneantur, quodque unum annum à tempore, quo sibi concessio hujusmodi concessa fuerit singulis sextis ferijs impedimento legitimo cessante jejunent, et si prædictis diebus ex præcepto Ecclesie injuncta penitentia, voto, aut aliâ jejunare teneantur, una alia die singularum septimanarum ejusdem anni, quâ ad jejunandum, ut præmittitur non sint adstricti jejunent, et si in aliqua ejus parte aliquid ipsorum legitime fuerit impeditus, anno sequenti, vel aliâ quam primò poterit hujusmodi jejunium modò simili suplere teneantur. Porro si forsan aliâ prælibatum jejunium in toto, vel in parte adimplere comode nequiverint, eo casu Confessores jejunium ipsum in alia pietatis opera commutare valeant, quod parimodo adimplere debeant, alioquin hujusmodi confessio plenariæ remissionis quoad non implentes duntaxat nullius sit roboris, vel momenti. Eadem auctoritate concedimus, pariter et indulgemus, Volumus autem ne, quod ab eis vos et fideles erogantes prædicti ex confidentia remissionis hujusmodi reddamini, et reddantur procliviores ad illicita in posterum committenda, quod si ex confidentia hujusmodi aliqua illicita forte committerent, et committerent, quoad illa eadem concessio committentibus nullatenus suffragetur. Quodque per quas cumque Litteras Apostolicas dicto Generali Ministro, seu alijs quovis modo concessas, vel in posterum concedendas, gratis, indulta, et alia supra dicta nullatenus intelligantur revocata, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii prohibente, ne Fratres Ordinis Mendicantium in aliqua Civitate, Castro, vel villa, seu alio loco quocumque ad habitandum, domum, vel locum de novo recipere, seu receptum mutare præsumant, absque sedis prædictæ licentia speciali facientes plenam, et expressam, ac de prohibitione hujusmodi mentionem. Et Clementis V Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, et aliarum constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non Statutis, et consuetudinibus dicti Ordinis, juramento, et Confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alias roboratis, privilegijs quoque presentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel quibus omnibus, et singulis illis aliâ in suo robore permansuris quoad præmissa derogare intendimus, et expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque presentibus, quoad subobservantia hujusmodi sectionis, Unionis, Incorporationis, Facti Constitutionis, Deputationis, Confessionis, Indulti, Voluntatis, Intentionis, et Derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptaverit, incursum sit indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1444 Kalendis Februarijs, Pontificatus Nostri Anno quarto decimo. Unde Supplicationibus præfati Fratris Mathie Prædiani, modò, quò supra, in sua, ac præscriptorum Fratrum dicti Ordinis Nominibus, et personis, Majestati nostræ porrectis, justis, et legitimis inclinatis, tenorem præscriptæ Bullæ de verbo ad verbum

Ac sine diminutione, et augmento aliquali, presentibus Litteris nostris privilegialibus nihil addendum, nihilque imminuendum transcribi, et transumi faciendo prefatis Fratribus duximus dandas, et concedendas juxta ipsorum uberioris ad cautelam. Harum notarum, quibus sigillum nostrum, quo in inditibus utimur, est appensum, vigore, et testimonio litterarum mediante. Datum Buda in vigilia Festi Annuntiationis Beatissime Virginis Mariæ, Anno Domini 1488. Lecta, et collationata simultenus tenore per me Andream Tragi.

NICOLAI V BULLA Annô 1451.

Argumentum: Vajroda Transylvania Nicolaus de Vilak supplicat apud Summum Pontificem Nicolaum V. ut ex conventu Vilakensi, prout jam in alijs permultis Conventibus factum est Fratres Conventuales amoveantur, et loco eorum inducantur Fratres de Observantia regulari ob causas in Bulla expressas, quæ est tenoris talis:

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Archiepiscopo Strigoniensi Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Quia injuncto nobis desuper, licet immeritiy Apostolica servitutis officio ad ea libenter intenuimus, per quod Monasteriorum ac Regularium domorum quarumlibet status in spiritualibus et temporalibus augeatur, et ut sublatiis spiritualium, et temporalium dispendiis optata reformationis beneficio gaudeant, et in eis debita vigeat observantia regulari, cultusque Divinus, ut appetimus, augeatur, salubriy nostræ provisionis partes apponimus, prout rerum, et temporum qualitatem pensatis, id conspicimus in Domino expedire. Sane pro parte dilecti Filij Nobilis Viri Nicolai de Vilak Vajroda Transylvania, et loci Vilak Lincye-Ecclesiensis Diocesis Domini, et Patroni, nobis nuper petitio exhibita continebat, quod licet in Oppido, sive loco de prædicta Vilak Domus Ordinis Fratrum Minorum in honorem D. V. Mariæ fundata, ab ipsius patris, et famæ regi, et gubernari convenerit, nihilominus à pluribus temporibus citra, et maxime de presenti ipsius Ordinis Professores in illa degentes, svavi iugo Domini, et regulari observantia, sub quibus Altissimo famulari deberent, penitus post tergo datis, adeo ducunt per omnia vitam dissolutam, quod loci præfati, et illarum partium devotio propterea erga Fratres prædictos exstremata, et deperdita non ambigitur, et ob ea, quæ in dies temere ijdem Fratres committunt scandala, et excessus, Majestatem Altissimi offendentes, in scandalum Fidelium plurimorum, Vajroda, Incolæ, et habitatores loci, et partium earundem dictos Fratres, veluti reprobos in præfata Domo amplius moram facere, pati, aut tollerare non possunt. Quare prædicta Domus sepulturam habentium imbi etiam sepeliri, ac Domum præfatam ampliare, nec siones ipsius Ecclesiæ estimetur in utilitatem Domus, et Ecclesiæ prædictarum applicare, augmento, ac illarum partium populi memorati, qui multus, et notabilis est contemplatione, neccharitate consulere, ac amotiy exinde Fratribus antedictis, alios regulari observantia Fratres ejusdem Ordinis ipsorum loco subrogare, atque eorum, et dicta domus utilitati, oportunitati pro Religione propagationem, ac animarum Fidelium salutem totâ mente appetimus, de præmissis Apostolica scripta mandamus, quatenus, si et postquam vocatiy modernis Pvardiano, et Fratribus dicta Domus, ac alijs qui fuerint evocandi, tibi de præmissis Legitimè constitueris, Domum prædictam cum omnibus libris, calicibus, ornamentiis, et paramentiis suis Pvardiano, et aliquibus ex Fratribus sub Observantia regulari ejusdem Ordinis viventibus, pro eorum usu, et habitatione perpetuo amotiy exinde alijs Fratribus antedictis, et ad alia dicti Ordinis loca translatis auctoritate nostrâ dones, concedas, a propriis, et assignes, ita, quod liceat Pvardiano, et Fratribus

Observantia Regularis hujusmodi per se, vel alium, seu alios Domum predictam auctoritate propria libere apprehendere, et pro eisdem usu et habitatione perpetuo retinere, Diacesani loci, et cuius vis alterius super hoc licentia minime requisita: Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibuslibet alijs privilegijs, indulgentijs, et Litteris Apostolicis Generalibus, vel Specialibus eidem Fratribus conventualiter viventibus, hactenus per nos, vel Sedem Apostolicam motu etiam proprio, et ex certa scientia sub quibusvis verborum formis concessis, vel in posterum concedendis, quibus hac vice ipsi alias in suo robore permanentibus specialiter derogamus, quorumcumque tenorum existant, per quos presentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, et de quibus quorumcumque totis tenoribus habenda sit in nostris Litteris mentio specialis. Nos enim si donationem, cessionem, approbationem, et assignationem predictas, parte vigore presentium fieri contigerit, ut praefertur eidem Guardiani, et Fratribus Observantibus, qui in eadem Domo pro tempore moram traxerint, quod omnibus, et singulis exemptionibus, privilegijs, indulgentijs, et gratijs alijs ejusdem Ordinis Domibus, seu locis, ac in eis sub regulari observantia pro tempore degentibus Fratribus per Sedem predictam, seu alias quomodolibet concessis, vel in posterum concedendis uti possint, pariter, et gaudere, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, pariter et indulgemus. Et insuper quaecumque possessiones, et imobilia bona ad ipsam Domum legitime spectantia, quorum nomina, cognomina, qualitates, quantitates, designationes, et loca, ac verum valorem presentibus haberi volumus, pro expressis, pro quodam in honorem Omnium sanctorum, et S. Nicolai in eodem loco noviter erigendo hospitali reservari, illique auctoritate nostra, praefata applicari concedimus, et annecti volumus, et mandamus. Datum Roma apud Petram, Anno Incarnationis Dominicae 1551. die Nonas Maji Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Hujus Bullae exeditio eodem Anno peracta est per Dionysium Cardinalem, et Archiepiscopum Strigoniensem, qui pensatis omnibus in bulla expressis, ac causa legaliter discussa, Testiumque juramentis super Evangelium positis, processit, ut mandatum est. Decretum Cardinalis sequentis tenoris:

Nos Dionysius misericordiae Divinae Tituli S. Crispi in Thermis S. R. E. presbyter Cardinalis Archiepiscopus Strigoniensis, locique ejusdem Comes perpetuus, Primas, et Apostolicae Sedis Legatus Natus.

Memoria commendamus tenore presentium significantes, quibus incumbit universis, quod nos Litteras Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri, Domini Nicolai Papae V. &c. recepimus, &c. quibus quidem litteris &c. Tandem vero praefati nostri Executores Litteris et processibus nostris, imò vero Apostolicis obtemperare, et obedire, et ad executionem praemissarum praenominati Nicolai Vajvoda super praemisso nominatos, ac productos, et in praesentia Guardiani, et Fratrum, solio corporali juramento receperunt, ac eisdem seorsim, et singillatim examinaverunt, Nosque eorum dicta, et attestations sub sigillis suis in scriptis redacta, praefixo eidem Guardiani, imò die videlicet 21 Decembris Anni infra scripti, praefati Guardiani, et Fratribus praefixa paruerunt Religiosi Fratres Paulus Minister Provinciae Hungariae, Fabianus Custos Daciae, et ejusdem Ordinis, et in ipsorum praesentia dicta, et attestations hujusmodi plane per nos diligenter inspecta, et examinata publicavimus, et publice Legi fecimus, et pro publicatis haberi volumus. Et quomodo praefati Minister, Custos, Guardianus, et Fratres in hoc plurimum reluctantes, frivolas, inanem, et insufficientes allegantes, tamen ex eisdem attestationsibus, imò ex facti notoritate excessus, scandala, vita dissolutio, ac reproba facta ipsorum, quorum evidenter non clamore indigere

21

Videbatur accusatorij per eos patrata, planè probata esse comperimus, ideo mandata, et litteras Apostolicas exequentes, ut tenemur, et ad executionem ipsorum procedentium, habita super predictis cum certis assessoribus, et jurisperitis maturâ, et diligenti deliberatione, prefatos Guardiam, et Fratres Domus Ordinis Minorum in honorem B. V. Mariæ de Wilak ipsorum temeritatibus, excessibus, et scandalosis actibus exigendos, amovendos declaravimus, et amovimus, et amovendos ad Conventum Bachiensem ejusdem Ordinis transtulimus, et transferendos declaravimus. Domum predictam cum omnibus libris, calicibus, ornamentis, et paramentis suis Guardianis, et aliquibus ex Fratribus sub observantia regulari ejusdem Ordinis viventibus, per eorum superiorum ad hoc deputandis, pro eorum usu, et habitatione perpetuò auctoritate Apostolica, Nobis in hac parte concessâ concessimus, approbavimus, assignavimus, ita, quod liceat Guardianis, et Fratribus Observantia regulari hujusmodi per se, vel alium, seu alios Domum predictam auctoritate propria libere apprehendere, ac eidem usu, et habitatione perpetuò retinere, nec cessari loci, et cujusvis alterius super hoc licentiâ minimè requisitâ. Insuper quascunque possessiones, et mobilia bona ad ipsam Domum spectantia, pro quodam in honorem Omnium Sanctorum, et S. Nicolai in eodem loco noviter erigendo hospitali reservavimus, illique applicari, et annecti debere declaravimus, ac etiam applicamus, et annectimus. In quorum omnium, & singulorum fidem &c. Datum, et actum in Palatio nostro Archi Episcopali Castri Strigoniensis Anno Domini 1451. Indictione quarta decima Die vero mensis Decembris etc.

BULLA ALEXANDRI VI Annò 1492.

Argumentum: Dum Familia Seraphica de regulari observantia, quingvagenta fere Annis in Conventibus Budensi, Strigoniensi, Pesthiensi, Forisiculorum, seu Várahely in Transylvania, Ujlakiensi, Patakiensi, Sécvénienſi &c. Deo famularentur, iterum, atque iterum à Fratribus Conventualibus inquietabantur, ac ideo 1492 Alexander Papa VI ad instantiam Vladislai Regis Hungariæ, et Regni Procerum, denuo confirmat acta Juliani Cardinalis, atque Conventus omnes sub id temporis à Conventualibus ad Observantes tranſlatos. Nulla est tenorij sequentis:

Alexander Episcopus Servus servorum Dei ad perpetua rei memoriam.

Licet ea, quæ ^{pro} Religionis Minorum propagatione, animarumque salute, nec non Divinicultus augmento auctoritate Sedis Apostolicæ providè facta fuisse dicuntur, plenam obtineant roboris firmitatem. Non nunquam tamen Romanus Pontifex illa neſuccessu temporis impugnationi subjaceant, libenter cum ab eo petitur approbare, et confirmare, ac illa etiam de novo concedere conſuevit, ut eò firmius illibata persistent, quo magis suo fuerint præſidio communita. Sanè pro parte Charissimi in Christo Filij nostri Vladislai Hungariæ Regis Illustris, ac Venerabilium Fratrum nostrorum Universorum Archi Episcoporum, et Episcoporum, nec non Dilectorum Filiorum Baronum, et Nobilium dicti Regni, ac moderni Vicarij Ordinis Minorum de Observantia nuncupatorum, Vicarij ejusdem Regni secundum morem dicti Ordinis nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd olim bonæ memoriæ Julianus Episcopus Tusculanus tunc Tituli S. Sabinae presbyter Cardinalis in dicto Regno, et certis alijs partibus illi circum vicinis Sedis prædictæ Legatus habens ad id, ut assererat ab eadem Sede specialem per ejus litteras facultatem ex certis legitimis causis tunc expressis S. Joannis Budensem, et S. Petri Pesthiensem, ac Forisiculorum, Veszprimiensis, Vaciensis, et Transylvania domos Diocesum domos, in quibus Fratres Conventuales dicti Ordinis minus honestè viventes degebant, cum magno Religionis opprobrio, licet eos pluries charitative per vitam suam emendare deberent, monuisset, quòd indurati facere noluerunt. Tunc Vicario dicti Ordinis de observantia in dicto Regno vigore dictæ facultatis in perpetuum subjecit, concessit, assignavit, dictosque Fratres inde amovit, ac Fratres de Observantia Ordinis ejusdem in dictis domibus introduxit, qui vitam laudabilem, et exemplarem cum maxima Christi fidelium consolatione, et animarum salute, Divinique cultus augmento,

eorum duxerunt, prout ducunt de presenti. Et demum felicitis recordationis Eugenius Papa IV. Prædecessor Noster prædictas, et alias quascunque concessiones, et assignationes per dictum Cardinalem Fratres de observantia hujusmodi factas approbavit, et tam ipse, quam nonnulli alij Prædecessores Nostri Romani Pontifices B. Mariae Trigoniensem de Ujlak, et de Srečen, et de Parak, Quinqve Ecclesiensis, Trigonienvis, et Agriensis Diocesum Domos etiam dictorum Fratrum Conventualium, Vicarij, et Fratres præfatis concesserunt, illasque omnes, ac alias Domos eis constructas tunc Bosnia, nunc Hungaria nuncupata in perpetuum subjecerunt, univerunt, et incorporarunt, prout in Authenticis Juliani Cardinalis, et Eugenij, et aliorum Prædecessorum prædictorum litteris desuper confectis plenius dicitur contineri. Quare pro parte tam Regis, ac Archiepiscoporum, Episcoporum, Baronum, Nobilium, quam Vicarij, et Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut donationibus, concessionibus, assignationibus, unionibus, et subjectionibus prædictis confirmationem, nec non Privilegijs, Libertatibus, exemptionibus, gratijs, Litteris, indulgentijs, et indulgijs eidem domibus, ac Fratribus per sedem prædictam concessis, approbationis nostræ robur, pro illorum subsistentia firmiori adijcere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Religionis propagationem, et animarum salutem, Divinique cultus augmentum nostris potissimum temporibus supremis desideramus affectibus præfatos Vicarij, et Fratres eorumque singulos, à quibuscunque Excommunicationis, suspensionis, et interdicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latij, si quibus quomodo libet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, donationes, concessiones, assignationes, uniones, et subjectiones prædictas, ac prout illas concernunt omnes, et singula indictis Litteris, et propterea, Litteras, indulgentias, et multa hujusmodi sub quibus vij verborum formis, et clausulis per sedem prædictam concessa auctoritate Apostolica, et ex certa scientia tenore præsentium approbamus, ac perpetua firmitatis robur obtinere decernimus, nec non per dictum Julianum Cardinalem et Legatum facta, et concessa, ut præfertur, confirmamus suppletis omnes, et singulos de donationibus, et subjectionibus per Julianum Cardinalem, et Legatum factis hujusmodi. Et nihilominus potiori pro cautela omnia, et singula præmissa eidem modo, et formâ de novo concedimus, ac Vicarij, et Fratres Vicaria hujusmodi, prout hætenus sub immediata obedientia Ministri Generalis dicti Ordinis pro tempore existentis fuerunt, ita de cetero dicto Ministro perpetuo subesse debere absque aliqua unione, subjectione, et contradictione Ministri Provincialis, Provincia dicti Regni etiam pro tempore existentis, eadem auctoritate decernimus, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, et consuetudinibus dicti Ordinis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, nec non quibusdam litteris in forma Brevis pia memoria Innocentij Papa VIII etiam prædecessoris nostri, quibus dicitur mandasse, præfatos Fratres Conventuales in dictam Domum Budensem introduci debere, privilegij quoque, et indulgijs Apostolicis dictis Fratribus Conventualibus forsitan per sedem prædictam sub quibus vij verborum formis, et clausulis etiam derogatorijs derogatorijs fortioribus, et efficacioribus, et in solis etiam motu proprio, et ex simili scientia concessis, et concedendis in posterum, quibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, pro illorum sufficienti derogatione specialis, specijfice, et præcisè, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id impotentem mentionem, seu quavis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, quoad præmissa specialiter, et expresse derogamus ceteris contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutio- nis, Approbationis, Constitutionis, confirmationis, suppletionis, concessionis, decreti, et derogationis

22


infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Roma apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominice 1492 Septimo Kalendas Octobris Pontificatus nostri Anno primo

BULLA ALEXANDRI VI. ANNO 1492

Argumentum. Quamquam Annis prioribus Fratres Conventuales in punctis pacificationis plenarie convenserint, ut Franciscani Observantes Szegedini, et Varadmi liberè sibi conventus edificare possint; nihilominus Anno currenti, nempe 1492 constructi dicti conventus Observantium, idem Fratres Conventuales in provincia ~~Munera~~ reformatam Observantia non dum recipientes, tantum inquietarunt Ministrum Generalem, cui à tempore Vicariatus Fratrum Stephani de Varány etiam observantes in Hungaria subiecti existerunt, ut si non debite discussa conventualium sinistra infirmatione, Excommunicationis sententiam denunciaverim Prædiano Szegediensem, et Varadiensem, eò quod juxta suum mandatum dictos conventus infra præfixum tempus deservere recuserint. Unde Pontifex Alexander VI anathema illegaliter denunciatum infirmat, causamque Archiepiscopo discutendam committit:

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Thomæ Agriensi, et Termipolensi Episcopis, ac Dilecto Filio Proposito Ecclesie Strigoniensis salutem, et Apostolicam benedictionem. Amilibus vobis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Dilecti Filii Duxis de Solito Prædiani Domus S. Spiritus Varadiensis Ordinis Fratrum Minorum de observantia nuncupatorum, tam suo, quam dilectorum Filiorum moderni Vicarij, & Fratrum Ordinis Observantia, prædictorum Provincia Hungaria juxta morem Ordinis dicti eidem Prædiano in ea parte adhaerentium petitio continebat. Quod licet olim felicis recordationis Urbanus Papa IV, Bonifacius VIII, Marcellus V, et Nicolaus etiam V Romani Pontifices Prædecessores Nostri super adificatione novarum, illarumque, nec non antiquarum Domorum ejusdem Ordinis receptionis ab eisdem Fratribus faciendæ, per suas litteras diversa statuta ediderint, et pia memoria Paulus Papa II etiam Prædecessor Noster superioribus eorundem Fratrum, et eisdem Fratribus, ut habitæ super hoc prius Sede Apostolica licentiâ, eij perpetuò liceat in quibuscumque Civitate, vel Castro, seu alio loco, etiam si in illa, vel alio, aliâ, vel alia Domus Fratrum dicti Ordinis Conventualium nuncupatorum constructa forent, novas domos pro usu, et habitatione eorundem Fratrum de observantia edificare, et etiam edificatas: si eis largirentur, dummodo loca illa non forent dicti Fratrum Conventualibus subiecta, reciperet, et in illis habitare, per suas certi tenoris litteras conceperat, recolenda memoria Innocentius Papa VIII Prædecessor Noster dicti Fratrum de Observantia ejusdem Provincia licentiâ, ut loca sub nomine Familie ipsius provincie edificata, et quæ edificarentur, impofterum usque ad numerum duodecim, inter illa connumeratis domibus jam constructis recipere, et illas habitare, liberè, et licitè possint, conceperit, ipsique Fratres de observantia postmodum prædicta Varadiensis, et Loci Szegediensis Colocensis Diocesis, domos dicti Ordinis construere fecerunt, ac in illis ex tunc habitaverunt, ipsi Fratres Conventuales, postquam orta inter eos, et dictos Fratres de Observantia super eadem domo Szegediensi, illiusque occasione materia questionis mediantibus: De Fratre Thoma Episcopo, ac Venerabili Fratre nostro Petro Archiepiscopo Colocensi certa honesta concordia inter venerat, falso afferentibus Dilecto Filio Ministro generali dicti Ordinis Fratrum Conventualium, quem per certas litteras Apostolicas sufficienter ad hæc habere potestatem dicebant, quod ipsi Fratres de Observantia prædicta Varadiensem, et Szegediensem domos sine licentiâ prædicta, et contra Bonifacii, et Martini prædictorum, et quorundam aliorum Romanorum Pontificum, cum statuta, et ordinationes edificare fecerant, et quod illas detinerent indebitè occupatas, idem Minister ejusdem potestatis prætextu ad falsam relaxationem hujusmodi nulla super relictis ipsi cognitione prævia, et quamquam sibi de ipsi non constaret, prout nec constare poterat,

Saltem legitime, cum ea non essent notoria, neque vera, ipsique Fratres de Observantia ad hoc non
vocatis, neque citatis saltem legitime, sed absentibus non per contumaciam, dilectos filios
Pardianos, et Fratres dictarum Domorum Varadiensis, et Szegediensis, et ipsi inter alia sub
Excommunicationis pena infra certum, et expressum terminum Domos Varadiensem, et Szegediensem
predictas relinquerent, et ab illarum ulterioribus, & edificatione, et constructione cessarent
ad instantiam Fratrum Conventualium predictorum monuit, et mandavit eisdem. Unde
dictus Britius sentiens se, et Pardianum dictae domus Szegediensis, ac ipsarum Domorum Varadien-
sis, et Szegediensis Fratres, et adherentes predictos, indebitè gravari suo, et Pardiani, ac Fratres
de Observantia, et adherentes predictorum nominibus ad sedem Apostolicam appellavit, et deinde
asserens, quod idem Minister in eisdem Pardianos, et Fratres dictarum Domorum Varadiensis,
et Szegediensis, quia ipsi monitioni, et mandato predicti, quibus parere, saltem de jure minimè
tenebantur, non paruerunt. Excommunicationis sententiam temerè promulgavit, nobis humiliter
supplicavit, ut Pardianos, et Fratres dictarum Domorum Varadiensis, et Szegediensis, ac adha-
rentes predictos, et eorum quemlibet à predicta excommunicatione, aliisque sententijs, et censuris
Ecclesiasticis in eos, et eorum quemlibet praemissorum occasione Latis ad cautelam absolvi man-
dare, nec non appellationis hujusmodi, et post, et contra eam forsitan attentatorum, et innovatorum
quorumcumque, nullitatisque litterarum predictarum, et processus dicti Ministeri, negotijque prin-
cipalis causa aliquibus probis viris, in partibus illis committere, aliasque eis in praemissis oportunè
providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus melius
nati, discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum
vocatus predicti Fratres Conventuales, et alij, qui fuerint evocandi eisdem Pardiani, et Fra-
tribus dictarum Domorum, Varadiensis, & Szegediensis, et adherentibus, si id humiliter petierint
recepta tamen prius ab eis cautione idonea super eo, quo excommunicari, et alij sententijs, et Cen-
suris predicti absolutionis beneficium ad cautelam, si et iustum fuerit, auctoritate duntaxat hac
vice impendatis, in odari habentur, quod si excommunicationis, et alias sententias, et censuras
predictas invenerint in eos fore iuste Latas, vestris, et Ecclesiae mandatis parebunt, ab excom-
municationis, et alij sententijs, et censuris predicti absolutionis beneficium ad cautelam, si et prout
iustum fuerit, auctoritate nostrâ hac vice duntaxat impendatis, super alijs vero auditis hinc
inde propositis etiam de negotio principali hujusmodi cognoscetis legitime, quod iustum fuerit ap-
pellatione remota decernentes, facientes, quod decreveritis per censuram Ecclesiasticam firmiter
observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratiâ, odio, vel timore subtraxerint censura si-
mili appellatione cessante compellatis, veritati testimonium perhibere, non obstantibus dicti Bonifacii
Praedecessoris, qua inter alia caventur, nequâ extra suam Civitatem, vel Diocesim, in quibus deputati
fuerint, contra quoscumque procedere, aut alij, vel alij suas vice committere praesumunt, dummodò au-
thoritate praesentium aliquis ultra duas dietas non trahatur, et alij conventionibus, et Ordinâ-
tionibus Apostolicis contrarijs quibuscumque. At si dicto Ordini Conventualium, quod illius personae,
et Fratres Conventuales praefatis, vel quibusvis alijs communiter, vel divisim ab eadem sede sit
indultum, quod suspendi, vel excommunicari, aut ipsum, vel ipsius Ordinis Conventualium loca in-
terdicti, seu personae, et Fratres Conventuales predicti excommunicari, vel ultra certa loca ad ju-
diciam, evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac
de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dictae sedis indulgentia
generali, vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quâ praesentibus non expressa, vel to-
taliter non inserta nostra jurisdictionis explicatio in hac parte valeat, quomodolibet impe-
diti, quâ quoad hoc ipsi nonolumus aliquatenus suffragari. Datum Romae apud S. Petrum
Annò Incarnationis Domini 1494 Tertio Nonas Novembrij Pontificatus nostri
Annò Sexto.



Effigies Illustrissimi ^{ac Reverendissimi} Domini Archi-Episcopi Colocensis, Venerabilis Patris Pauli
 Thomori, ex Comitatu Aba. Uj. Variensi, Vico Thomor, Oriundi; qui dum in florentissima
 aetate, vir toga, sagogive illustre, a cunctis honoraretur, contemptis saeculi delicijs, dignita-
 tibus, & opibus, amore Christi Jesu Crucifixi, in Conceptu Provinciae S. Salvatoris de ~~Uj. Variensi~~ ^{Palota,}
~~ubi Venerabilis pater S. Joannis Capistrani monachus, humilem S. P. Francisci habitum,~~
 intra Solemnia Immaculatae Conceptionis D. P. Mariae, devote suscepit; dein invitatus ex ordi-
 ne sacro, ad Archi-Episcopalem Siedam exemptus, etiam in sublimi dignitatum apice asperam
 vestem Seraphicam, nodosam Chordam, ac austera Religiosa vita genuit, retinuit, atque ve-
 rus Christi Athletas, in insula Mohackiana Clade, pro tutamine verae Fidei, Christo Crucifixo Vic-
 tima concidit, anno 1526. die 19 Augusti.

SÆCULUM IV.

Religionis Franciscanæ in Hungaria ab Anno 1500, usq; ad Annum 1600.

Hoc Sæculum Verbi Incarnati decimum 4^{um}, Religionis vò Seraphicæ 7^{im} primis solummodo 26 Annis, nimirum usq; ad clauem Medisianam, Serenâ fronte ablandi-
 catur Religioni Franciscanæ in Hungariâ: equidem infra hoc tempus exilè, videlicet A^o 1517
 sub Leone X, & Ludovico Hungaria Regi, Vicaria Sⁿⁱ Salvatoris in Provinciam elevata est.
 Provincia vò altera Sⁿⁱ Conventualium cum maximo Regis, & Regni solatio recepit usformam
 Observantiæ. Demicps autem Sæculum istud tam Regno, qm Familie Seraphicæ, semper tur-
 bulentam, inter desolationis exhibuit faciem, ceterum, ut ob varias bellorum vicissitudines,
 omnis ferè sacrarum Religionum floridissima Provia desolata manserit. Celebris Provincia
 Sⁿⁱ Salvatoris Conventus quidam flammâ consumpti, quidam vò barbarâ manu ruinati
 sunt. Quocirca Provia Sⁿⁱ Salvatoris circa infra Pontis sæculi 70 Conventibus, & 1472
 Filijs gloriabunda, sub finem vò ejusdem luctuosi sæculi, iam tantum 4 Conventus & 31.
 Filios, inter spem, & metum in gremio recludens, merito velut Mater Filijs orbata, ama-
 rō animō deploravit Conventus illos 6 & Fes 1440, quos per unius istius sæculi decur-
 sum amisit. Pariter Provia S. M A R I E ad huc magis desolata, nihil antiquius in votis
 habuit, quam ut duæ hæc desolate Proviæ ad rivum Unianz, & sui viribz unitis caritatis
 neq; fortius superare valeant sæculi aduersitates. Reliqua patebunt ex serie sequenti.

Annō 1501.

XXII. Vicarius fuit Fr. Blasius de Nyari Hungarus, electus Dudoz.

Memorabilia.

Hic Vicarius fuit bonæ industriæ, nam consentiente Reverendissimo Præ Ministro Ge-
 nerali Fr. Egidio Delphini in Amilia, mox post sui electionem cepit laborare, ut Provincia
 nostra olim factione Fris Stephani de Varsany, à Familia Cis Montana Observantium sepa-
 rata, iterato reuniret, & demicps non Ministro Generali Conventualium, sed immediatè sub-
 jecta sūt Vicario Generali Observantium. Ad hæc exoptanda missus est ad Italiam Inter-
 Donaventura de Hapronca Traxidamus Budensis. Ita Urbani.

Publicata memorata Unione, mox varie suborta sunt discordiæ inter Frs Conventua-
 les, & Observantes, partim ex eo, quia Frs Conventuales cupiebant rursus subijci Levele
 Sⁿⁱ Salvatoris Ministro Generali, non vò Vicario Observantium; partim vò, quia ydem Con-
 ventuales sibi vindicabant Conventus: Szegediensem, & Vaxadinensem, item curam Monia-
 lium &c. Ea ppter ad hæc jurgia concilianda, Regi Vladislao, & Legni Duxibus apud
 sumum Pontificem nstantibus, delegavit Pontifex Petrum tituli S. Cyriaci in Traximis
 Cardinalem, & Archi Episcopum Szegediensem, qui confederatis omnibz interesse sa-
 benibus, & amhis discussis, fecit tandem inter dissidentes animos, concordiam optatam,
 & habuit An^o: ut Frs Observantes Hungariæ subsint immediatè Vicario Generali Obser-
 vantium, sicut in alijs Regnis. 2do: ut Conventus Szegediensis, & Vaxadinensis manent
 penes Observantes. 3to: ut cura Monialium, & Confraternitates non impediunt ab Obser-
 vantibus, ubi Conventuales manent; quæ omnia Alexander Papa VI per duplicem Bul-
 lam confirmavit.

De Alexandri Papæ VI. Bullis.

Annō 1502, Alexander VI dedit Bullam; Inter Personas &c. in qua confirmat con-
 cordiam Conventualium cum Observantibus factam per Petrum Cardinalem. Alia eodem An^o
 & die dedit Bullam: Sicut concordata &c. in qua mandat Archi. Episcopo Szegediensi, &
 alijs Episcopis, ut predictam Memoriam inviolatè observari curent, & si quæ pars qtravit

fecerit, arceatur censura Ecclesiastica. Bulla Sabenz in Archivo Provinciae.

DE PRIMO COMISSARIO.

Igitur postquam Vicaria Hungariae sub de Observantia ab immediata subiectione
Ministri Generalis fuisset absoluta, missus est a Vicario Generali Observantium ad Sano
Vicariam Primus Comissarius Fr. Jacobus de Mantua, qui electionibus quidem fideliter
fuit, ast quia pro libitu suo omnia ferè antiqua Fratrum Statuta conabat pervertere ac ipsa
usu roboratam consuetudinem in electionibus graviter reprebendit, candidè eidem Fratri
responderunt: quod in his nullam habens commissionem, possit in Nomine Domini redire, qui
& rediit, & de se ipso dixit: Ego sicut circulus, quod non habui, demororari.

Annò 1503.

XXIII. Vicarius fuit idem Fr. Blasius Nyari Hungarus, electus Bude.

Memorabilia.

Quoniam Comissario paulò antè memorato, in electionibus non omnia ad nutu accide-
rant, multa moliebat contra Pauperulos Hungariae Fratres, atque idcirco Vicarius Fr. Bla-
sius Nyari, cum electo discreto, & multis alijs Fratribus profectus est ad Capitulum
